# CLASSIS II.

COMPLECTENS

# HEROICA, PONTIFICIA, REGIA, POLEMICA, EQVESTRIA, GENETHLIACA, EROTICA, EPITHALAMICA, FUNEBRIA.

# Claſsis II. Tituli.


Amans & Amor. Num. 1. & ſeqq.
Bellator, & Ductor Militum. Num. XCIX.
Cardinalis. Num. CCXL.
Conjugium. Num. CCCXIV.
Equeſtres Ordines, &c. Num. CCCLXXXV.
Femina Princeps. Num. CDXXIV.
Fides erga Principem. Num. CDLXXII.
Magnanimitas, &c. Num. CDXC.
Majeſtas. Num. CDXVIII.
Mors, & Funebria Principum. Num. DXVII.
Nativitas Illuſtris. N. DLXXII.
Nobilitas. Num. DCII.
Princeps Abdicans, & Vitæ brevis. Num. DCXXXIX.
Adverſis Exercitus. Num. DCXLVI.
Bellicoſus. Num. DCLVII.
Beneficus. Num. DCLXXII.
Fortis. Num. DCLXXXIV.
Juvenis. Num. DCXCII.
Magnanimus. Num. 716.
Pacificator. } N. DCCXLIV.
Prudens. }
Religioſus. Num. DCCLIV.
Victor. Num. 758.
Regina. Num. DCCLXIV.
Vidua. Num. 800.
Reges Romanorum & Impp. LEOPOLDUS Auguſtus. Num. DCCCVIII.
Auſtriaci &c. Num. DCCCXIII.
Rex, & ejus officium. Num. DCCCXXXVI.
Adverſis exercitus. Num. DCCCXLII.
Bellicoſus. Num. DCCCLXXXVIII.
Beneficus. Num. CMXIII.
Clemens Num. 926.
Fortis, & Potens. Num. DCXXXII.
Juvenis. Num. CMXLVI.
Magnanimus. Num. CMLIX.
Magnificus. N. CMLXXVI.
Pacificator & Prudens. Num. CMLXXXVIII.
Religioſus. Num. MXXIV.
Victor. Num. MXLVIII.
Senatus Regius. Num. MLXVI.

# A.

## AMANS.

1.

HOnorificæ Legationis ſpecie amandatus, ut Comes Eſſexienſis, à Regina Eliſabetha Fœderati Belgij copijs præfectus. Adamas ſectus. L. MINUIS DUM PERFICIS. Apud P. le Moyne.

2.

In Exilium ejectus ac nihilominus obſtinatus. Imago Diaboli ſcuto impreſſa, vel, ut Auctor hujus qualiscunque Symboli fecit, ipſam Diaboli perſonam & habitum ſibi aptans. L. MAS PERDIDO Y MENOS ARREPENTIDO. *Perditus at non Pœnitens.* Comes de Villa Mediana. Apud eundem, & alios Symbolographos pleroſque omnes.

3.

Amans Æger. Viola. L. FLAVESCENS EXPIRO IN AMOREM. Apud Meneſtrier.

IV.

Æger & Conſtans. Heliotropium capite demiſſo, & Sole imminente. L. HASTA LA MUERTE. *Uſque ad mortem.* Apud Bohour.

V.

Et: Funis Igniarius ſupra menſam explicatus, & ab una parte accenſus. L. URAR AD EXTREMUM. Moyne.

VI.

Ardens, & impotens. Candela, ſeu Fax ardens; ſed inverſa, & cerâ diffluente deficiens. L. QVI ME ALIT EXTINGUIT. S. Valierij apud Bohour.

7.

Inſanabilis. Semper-vivum, Herba Græcè Erithale, præſentiſſimum adverſus uſtiones remedium. L. NON MITIGA IL MIO ARDOR LA SEMPREVIVA. *Non mitigat meum ardorem, quæ ſemper eſt viva.* Theſaur.

8.

Et Deſperationi proximus. Cereus albus extremâ ſui parte, qua cerei ſolent viridi colore tingi, penè conſumptus. L. GIUNGE AL VERDE ALLA FINE OGNI BEL LUME. *Præclara quæque Lux ad Viride: hoc eſt, ad finem tandem pervenit.* Phraſis eſt Italica, quaſi dicas nullam ſpem eſſe reliquam. A. Theſaurus.

9.

Et: Ventus. L. SPIRANDO MI CONSUMO. *Spiro, & exſpiro.* Syll. Men.

X.

Lachrymoſus & Dolens. Coralium ex aquis parte aliqua exiſtens. L. NEL PIANTO SOL SON VIVO. *In Lachrymis tantùm vivo.* Quia Coralium frutex eſſe marinus dicitur, & in aquis vivere, ac virere. Idem Ibidem.

XI.

Ex alterius abſentiâ. Tulipa Sole occidente folia ſua complicans, & caput demittens.

tens. L. SIN SUS RAYOS MIS DESMAYOS. *Cujus ſine lumine longuor.* Syll. Men.

12.

Amantis Æmulatio & Zelotypia. Sol Candelã accenſam inobſcurans majore ſuo lumine. L. A TOUS CLARTE A MOY TENEBRES. *Das alijs lucem: at tenebras mihi.* Bela.

XIII.

Et ſerpens bifariam ſectus. L. SE REJOINDRE OU MOURIR. *Aut conjungar, aut moriar.* Ajunt enim Phyſici, ſerpenten diſſectum rurſus coaleſcere, id ni fiat, paulò poſt emori. Apud Bohour.

14.

Et: Serra ſecando Mormori impoſita. L. FORCE A PEU A PEU ME MINE. *Aliena vi paulatim conſumor.* Idem.

XV.

Amor Conſtans in amati inconſtantia. Heliotropium ad Solem occidentem converſum. L. BENCHE ALTROVE SI VOLGA. *Alio licet vertatur.*

XVI.

Etiam non redamantis. Calx viva ex infuſa aqua efferveſcens, ac fumans. L. E FREDDA M' ACCENDE. *Accendor gelidâ.* Bohours.

17.

Et: Nota Litteraria, vulgò *Zifra.* In varios nodos, aut nexus circumducta & implicata. L. NON FIA MAI SCIOLTO. *Solvatur nunquam.* Men. in in Tractatu des Carrouſels.

18.

Et: Colutia flos. L. ÆTERNO CANDORE VIRESCET. Idem Ibid.

XIX.

Et: Triton: ſeu Vexillum Ventorum Index; ſupra Turrim. L. NO MUDO SI NO MUDAN. *Non Mutor niſi Mutentur.* D. Clemens.

Vel: NE PER MILLE RIVOLTE ANCOR SON MOSSO. *Nulla etiam mutatio movit.* Mauritij Sevi.

XX.

Et: Columna in incendio. L. SIEMPRE COSTANTE. *Semper conſtans.* Daudiguier.

XXI.

Uni deditus. Horologium Magneticum, Lingulâ ad polarem ſtellam directâ. L. ASPICIT UNAM. Apud Belam, & Bohour.

Vel: NUNCA OTRA. *Nunquam aliam.* Garzias Toletanus. Apud Bohour.

XXII.

Fruſtra igitur expetitus ab alijs. Meta pluribus ſagittis impetita, unâ percuſſa. L. NEC NULLA NEC OMNIS. In Ludis Vindocinenſibus.

XXIII.

Et: Apicula areolam pervolitans. L. UNA SIN MAS. *Una nec amplius.* Ibid. *Adverte Florem Hiſpanis: La Flor, femininum eſſe.* Lud. Vindocinen.

24.

Et: Horologium ſciathericum in quadrante horario, Sole apparente. L. L. NIL SINE TE. Bohours.

XXV.

Amans unum è pluribus procis: ut quædam Nobilis in Italia Virgo: cognomento LUCCHETTA, quæ vox ſignificat feram parvulam. Serula talis, quæ inſcriptis per orbiculos litteris, hoc ipſum

ipſum nomen exprimentibus, corpus, ſeu figuram hujus Symboli facit: cum L. UNI PATET. Apud Moyn. & Bohour: etſi priori non admodum probetur.

26.

Amata, non Amans. Nix. L. ALBA SED FRIGIDA. Syll. Men.

XXVII.

Et Adamas. L. LUCENS NEC ARDENS. Moyn.

Vel: JE BLESSE TOUS ET NUL ME BLESSE. *Omnes ego: me nemo ferit.* Theſaur.

28.

Luna plena. L. FULGET ET ALGET. Moyn.

29.

Sol radios ſuos quaquaverſum jaciens. L. URO NEC UROR. Idem.

XXX.

Verecunda, & diſſimulatrix. Mons Ætna nive coopertus. L. GELAT ET ARDET. Symbolum eſt Virginis Italæ, cui nomen. *Gelarda.* Apud Bohour.

XXXI.

Et nec amorem, nec contemptum ſuſtinens: vel, quæ afflictâ plerumque valetudine languebat. Vinea, alteri Poëtriæ Gallicanæ cognominis, cui ex æquo nocet calor, & frigus. L. ARDOR TEMO E GIELO M' OFFENDE. *Ardorem timeo offendorque gelu.* Ejusdem de la Vigne. Apud Moyn.

32.

Amorem celans. Pyropus, ſeu Carbunculus. L. SEMBRA DI GHIACCIO E IL FUOCO IN SENO ASCONDE. *Frigere videtur: Pectore dum fovet ignem.* Theſaur.

XXXIII.

Fruſtrata, & dolens. Rota irrigandis pratis comparata, cui ſitulæ ſunt affixæ, aliæ plenæ, vacuæ aliæ. Vel Harpagium hortenſe. L. LOS LLENOS DE DOLOR LOS VAZIOS DE ESPERANCA. *Plenæ Doloris aliæ, aliæ ſpei inanes* Daudiguier.

34.

A Pediſſequâ, ſeu Matronâ, qualem Hiſpani *Guarda Damas* appellant, cuſtodita. Hedera Palmæ circumplexa. L. HÆRET COMES INVIDIOSA. *Ex Ovidio.* Montmor.

35.

Amator ſpe ſuâ fruſtratus, & dolens. *Symbolum Duplex.* Fons marmoreus ſine Aqua. Et idem ubertim fluens L. 1. SECADO DE MIS SOSPIROS. *Suſpirijs meis exſiccatus.*

36.

L. 2. AGUADO DE MIS LAGRIMAS. *Meis lachrymis manans.* Ap. Moyn.

XXXVII.

Amor Honeſtus, & Heroicus. Ignis, ſeu Exhalatio ignea, quæ nec ardet, nec urit. L. TODO INNOCENTE Y TODO LUCIDO. *Illuſtris & Innoxius.* Syll. Men.

XXXVIII.

Purus. Lilium paluſtre, ſive Acorus. L. UNDIQUE LUCEM. Men. Carrous.

39.

Et Ignis in ſuâ Sphærâ. IMMORTALIS EGO. Idem Ibid.

XL.

Verecundus, & reverens. Thus, vel Thuribulum fumans. L. ARDO Y ADORO. Syll. Men.

41.

Ad egregia facinora exſtimulans. Frutex Aloës prunis ſuperpoſitus. L. FLAMMA AUGEBIT ODOREM. Men. Carrous.

XLII.

Et Roſa. L. DUM FLAGRAT FRAGRAT. Ibid. & apud Moynium.

43.

Amor Fidelis. Heliotropium cum Sole ſe circumagens. L. TAL FA IL MOTO DI MIA FEDE IMMOTO. *Immotum movendo præſtat Fides.* Princ. Thomas Sabaud. ſub perſona, & nomine Clities. Apud Men. in lib. de Carrous.

XLIV.

Sanctus inter Conjuges: ut B. Amedeum, & Jolandam. Avis Paradiſiaca compari ſuo juncta volans. L. AMBORUM CÆLESTIS AMOR. Meneſtr.

XLV.

Amor inter duas Sorores Principes ad diverſa Matrimonia ab ſe invicem diſcedentes, nec ideo tamen remiſſior. Duæ Manus ex adverſo Nodum, quem vocant Amoris, ſeu Sabaudicum, ad ſe trahentes. L. EN S'ELOIGNANT ELLES SE SERRENT. *Quo Longius abeunt, arctiùs ſe adſtringunt.* Abb. Theſaurus Adelhaidi, & Margaritæ, cùm illa Monachium, hæc Parmam proficiſcerentur.

46.

Amans profeſſus, & diſſimulare neſcius. Sol Nube tectus, & vix apparens. L. QVOD LATET NON LUCET. Men. Carrous.

XLVII.

Occultus, & Diſſimulator. Ætna nivibus operta, & exiguam flammam, emittens. L. DENTRO LE FIAMME E FUORI IL GHIACCIO. *Intus ardeo, & foris algeo.* Ap. Bohour.

48.

Et: Ignis in ſua Sphæra. L. MINUS PALAM QUI MINUS PROCUL. Syll. Men.

Vel: NEQVE CERNITUR ULLI.

XLIX.

Luna proxima Soli, ideoque vix apparens. L. CELAT QVOS ACCIPIT IGNES. Idem Ibid.

L.

Sol Nube tectus. L. LATET ET ARDET.

51.

Luna obverſa Soli. L. SCUOPRE LA FIAMMA SOL A CHI L' ACCENDE. *Unde venit redit ardor eò.* Syll. Men.

LII.

Circulus argenteus. L. QVANDO E PERFETTO AMOR CHIUDE SE STESSO. *Perfectus Amor ſeipſum claudit.* Idem. Carrous.

53.

Secretus, & caſtigatus. Anſer lapidem roſtro tenens. L. TACENDO IMPETRAI LA VITA. *Taciturnitate Vitam obtinui.* Ibid.

54.

Luna cornuta cælo nocturno. L. DE MUTI CAMPI E DEL SILENZIO AMICA. *Mutorum camporum, & ſilentij*

*lentij amica.* Ibid. Equitis cognomento: Muti.
Vel: FIDA SILENTIA.

LV.

Calx viva pluvijs irrorata, & fumans. L. ARDOREM EXTINCTA TESTAMUR VIVERE ELAMMIA. Apud Belam.

LVI.

Minotaurus in Labyrintho. L. IN SILENTIO ET SPE. Men. Carrous.

57.

Apes in arido trunco, ſeu quercu alveare conſtruentes. L. S' ASCONDE IL PIU SOAVE. *Quod ſuavius, tectius.* Ibid.

58.

Grues roſtris lapide clauſis. L. TUTÆ SILENTIO.

59.

Hypogæum antiquum cum Lampade ignem perpetuum ſervante. L. VIVE SOL QUANTO E CHIUSO. *Vincit non niſi clauſus.*

LX.

Veſuvius, ſeu Ætna flagrans. L. CAUSA LATET.

LXI.

Roſa, nondum aperto toto ſuo calice. L. QVANTO SI MOSTRA MEN TANTO PIU BELLA. *Quò minus ſe oſtendit, eò pulchrior* Ibid.

62.

Scutum vacuum ac purum. L. COSI VUOL AMORE. *Sic jubet Amor.* In Lud. Vindocin. Anno 1662.

LXIII.

Vas tectum operculo. L. SERVABIT ODOREM. Men. Carrous.

64.

Occultus & Diſſimulator. Serula Litteraria. L. SO CH' ALTRI CHE VOI NISSUN M' INTENDE. *Nemo ſciet præter te; id ſcio.* Ibid.

65.

Fornax calcinaria accenſa, erumpente ſupernè flammâ. L. PIU NE COPRE CHE NON DISCUOPRE. *Plus tegit, ac retegit.* In Lud. Vindocin.

LXVI.

Et Flamma. L. MAS ARDOR QVE LUMBRE. *Plus ardoris, quàm fulgoris.* Men. Carrous.

67.

Ætna nivibus operta. L. SOTTO GELIDE FORME UN CUOR DI FUOCO. *Sub Specie frigoris cor ardens.* Men. Carrous.

68.

Ignis cinere tectus. L. PORQVE NO SE APAGUE. *Ut ne extinquatur.* Ibid.

LXIX.

Specie externâ major. Cacabus foco impoſitus, & fumans. L. VIS EST ARDENTIOR INTUS.
Vel: SUB TEGMINE FERVET.
Vel: UT VEHEMENTIUS ARDEAT.
Vel: PER TROPPO FUOCO ENTRO GORGOGLIA E FUMA. *Ardore nimio intus ſtridet, bullit, ac fumat.*
Vel: QUO ARCTIUS IRREMIADIBILIUS. Syll. Men.

70.

Nux in ſuo cortice. L. IN VARIE SPOGLIE IL MIO CANDOR ASCONDO. *Diverſis involucris candorem meum tego.*

LXXI.

Horologium rotatum. L. CHIETO FUOR

FUOR COMMOTO DENTRO. *Foris quietus, agitatus intus.* Ibid.

72.

Contra mentis propoſitum tamen erumpens. Furnulus Chymicus ſtillativus. L. MES PLEURS MON FEU DECELLENT. *Ignem Lachryma prodit.* Bela.

Vel: DENTRO HAI LE MIE FIAMME E FUORI IL PIANTO. *Intus habes meas flammas, Lachrymasque foris. Ex Taſſo.*

LXXIII.

Impatiens ultrà ſe celare. Laurus prunis ardentibus impoſitus, ideoque magnum ſtrepitum edens. L. ARDER Y CALLAR? *Ardeam, & Sileam?* In Lud. Vindoc.

LXXIV.

Opes ſuas, & omnia ob amorem prodigens. Aquila Soli vicinior, defluentibus ideo ex ardore pennis. L. PUR CHE GODAN GLI OCCHI ARDAN LE PIUME. *Ardeam dum aſpiciam.* Vel: *Ut bene ſit oculis, ardeant plumæ.* Franc. M. Urbinatium Ducis.

LXXV.

Et: Sylva incendio deflagrans. L. DUM NUTRIO CONSUMOR. Syll. Men.

76.

Amor ſpe ſuſtentatus. Acanthis avicula caveæ incluſa, & Alſine, Viridi herba, ſe paſcens. L. CONTRAINT ET CONTENT. *Captivus & Contentus.* Theſaur.

77.

Amor vehemens erga perſonam nobiliſſimæ ſtirpis & dignitatis. Ignis comprehendens ſupremum Turris faſtigium. L. SUBIERON EN TAN ALTO LUGAR QVE NO SE PUEDEN MATAR. *Quò altius, eò irremediabilius.* Syll. Men.

LXXVIII.

Et: Equus cujus ſtragula Flammulis ſunt diſtincta. L. E CORDE PRODEUNT. *Explicatio Hiſpanica talis erat D. Petri de Acunna.*

De los Fvgeos encendidos
Qu' en mi Coraçon eſtan,
Salen eſtos, que a qui van.

*E cordis incendio prodeunt, quas hic flammas vides.* Ibid.

79.

Lampas, quæ ut fieri ſolet, de die extinquitur, noctu ardet. L. LE JOUR MEURS ET LA NUIT ARS. *Per diem morior, per noctem ardeo.* Maur. Sevi.

80.

Lucerna clauſa, à quâ tamen per ſpiracula quaquaverſum Lucis radij diſperguntur. L. JE NE PUIS CELER. *Celari Impatiens.* Syll. Men.

81.

Tubulus pyrius aſcendens. L. NON CAPENDO IN SE STESSO AL FIN S' ESTOLLE. *Dum non ſe continet, effert.*

Vel: SCOPRO L' ARDOR CH' ENTRO MI SFACE. *Ardorem, qui me intus conſumit, retego.*

LXXXII.

Et Bolis, Vulgo *Bomba* in aëre diſſiliens. L. NO SE ENCIERRA. *Non ſe continet.*

83.

Ignis è fornace erumpens. L. NEQVIT ILLE TENERI.

84.

Navis in medijs fluctibus ardens. L. NY MIS LAGRIMAS MI FUEGO. *Non ſatis eſt flammis Lachryma noſtra meis.*

LXXXV.

Clibanus, ſeu fornacula, dicta Mariana, aquâ circum oras bulliente. L. NULLA EST UNDA SATIS.

Vel: NULLA SATIS LACHRYMA. *Expoſitio Hiſpanica.*

Si Agua baſtaſſe a matar
Mis llamas, quando porfian:
Mis Ojos me ſanarian.
Quam mihi dant oculi, flammas ſi extinqueret unda
His extinquendis vel ſatis iſta foret. Ibid.

LXXXVI.

Veſuvius ardens, incidente pluvia, ſeu imbre. L. SOBRE MI FUEGO NO BASTAN. *Noſtro non ſatis Igni.* Bela.

87.

Pœnas ſuas amans. Thus, vel Paſtillus prunis impoſitus, & fumans. L. IN DOLCE FUOCO ARDENDO. *Grato & Dulci incendio.* Syll. Men.

88.

Salamandra in medijs flammis. L. MIHI DULCIS ARDOR.

89.

Amans improvisò captus. Papilio candelæ ardenti advolitans, & ambuſtis alis decidens. L. COSI DEL BEN AMAR PORTO LA PENA. *Sic ſincerius amor luat!* Ibid.

90.

Limax: exſertum è ſua cochlea caput ſagittâ transfixus. L. TROVOMMI AMOR DEL TUTTO DISARMATO. *Amor me invenit Inermem.* Bela.

*Claſſ. II.*

CXI.

Baſiliſcus ante ſpeculum, qui ratione ajunt, eum, qui ſuo intuitu animantes cæteras perimat, interire. L. MON REGARD PARTOY ME TUE. *Perque oculos pereo ipſe meos. Ex Ovid.* Idem.

92.

Amans ſui potens, & moderatus. Ventus in flammam ſpirans. L. J' ALLUME J' ESTEINS. *Inflammo, & extinquo: Sumptum ex illo Naſonis: Ventus alit flammas, Vento reſtinquitur ignis.* Men. Carrous.

93.

Fruſtra ſe ab amore expedire laborans. Cervus ſagittâ ictus, & Dictamnum depaſcens. L. ESTE TIENE SU RIMEDIO Y NO YO. *Non ego ſic medeor mibi.* Bela.

XCIV.

Lugens amatæ, vel Conjngis ſuæ mortem. Arcus ruptâ chordâ remiſſus. L. ARCO PER LENTAR PIAGA NON SANA. *Arcus remiſſus non ideo ſanat vulnus.* Ap. Moyn.

95.

Amicitia inter Reges; & mutuum auxilium, puta inter Galliæ, & Sueciæ Reges Anno 1679. quo iſte omni, quam in Germania poſſidebat, ab Electore Brandeburgico erat exutus ditione. Luna deficiens intrepoſitu terræ. L. LUCI ME REDDE PRIORI. P. La Rue.

XCVI.

Et Hedera, vel Vitis à ventis undique ſpirantibus impetita, & ab ulmo ſuſtentata. L. SUSTINUISSE DECORUM EST. Idem.

XCVII.

Eadem Hedera Pyramidi circumplexa. L. TANTUM EST IMMOTO HÆRERE. Idem.

98.

Avis ab alijs volucribus deplumari cœpta, ſuperveniente falcone. L. SI FORTIOR SUPERVENERIT. Theſes Turen.

*Vide plura Claſſe III. in voce* AMICITIA & AMOR.

# B.

# BELLATOR ET BELLI DUX.

XCIX.

Bellator, & Dux Belli pro Religione ſuſcepti. Leo Sidus. L. PLUS NOBILIS IRÆ.

Vel : DE TUOI GUARDI IL MIO ARDORE. *Ardor ab aſpectu.*

100.

Vel : Fulmen. L. HOC JUPPITER ULTOR. Syll. Men.

Vel : DEO MILITAT. Ibid.

CI.

Pro Religione in bello adverſus Hæreticos cæſus : Lampas ardens ante Aram. L. DECUS ADJICIT ARIS.

CII.

Vel : Thuribulum fumans. L. PEREUNDO NUMEN HONORAT. Simoni Montfortio ab Hæreticis Albigenſibus cæſo. In Syll. Men. & apud Bohours.

Vel : AL CIEL N' ANDRA L' ODORE. *Ibit odor Cælo.*

CIII.

Alius in Hæreticos Rupellenſes pugnans. Aquila Teſtudinem ex alto præcipitans. L. CONTERIT UNDIQUE TUTOS. Ibid.

CIV.

Humbertus II. in Concilio Claromontano adverſus Saracenos Crucem ſumens. Magnes acum pyxidis Nauticæ aptans. L. FERRUM CÆLO APTAT. Men.

CV.

Amedeus III. ad idem Bellum à S. Bernardo excitatus. Nummus Cruce inſignitus. L. EN ESTE SEÑAL MI VALOR. *In hoc ſigno mea Vis.* Idem.

CVI.

Adverſus Turcas movens. Cometes ferale micans. L. TERRET FERA REGNA. *Ex Silio Ital.* Syll. Men.

CVII.

Et : Columna Lunæ interpoſita. L. NE TOTUM COMPLEAT ORBEM. Columnenſis Pontificiarum copiarum ſub Pio V. Dux.

CVIII.

Ejusdem Columnenſis, cùm ad Bellum illud ſacrum proficiſceretur, Symbolum erat : Palma Cupreſſo juncta. L. ERIT ALTERA MERCES. *Hoc eſt : Aut Mors, aut Victoria.* Apud Bohours. *Cui tamen non planè probatur.*

Vel : Aliud alterius. VINCERE AUT MORI. In Lud. Vindoc.

109.

De ijsdem Turcis Victor. Fulmen Navis malum feriens, è quâ pendebat Vexillum Lunâ Turcicâ inſignitum. L. PROMISI ULTOREM.

CX.

Pro Religione, ac Cæſare pugnans. Aquila fulmine armata. L. DEO ET CÆSARI.

CXI.

Joannes Mediceus Cæſareanorum exercituum Ductor. Fulmen. L. UNI JOVI.

CXII.

Regi ſuo ſemper fidus. Sol, & Luna creſcens. L. IN IPSUM CORNUA NUNQVAM.

XCIII.

Et : Aquila Fulmine armata. L. NOTUMQVE DEO CUI MILITET. Syll. Men.

CXIV.

Illi ſoli pugnans, & omnem ſuam gloriam in eum referens. Phœnix è ſuâ pyrâ Solem intuens. L. UNUS CUNCTA MIHI. In Lud. Vindoc.

115.

Ab eo ad fortia facta animatus. Roſarium cum Sole. L. RESPICE FLOREBO.

CXVI.

Ejus maximè præſentiâ excitatus. Speculum Concavum ſine Sole. L. ARDEO UBI ASPICIOR. Ibidem.

CXVII.

Et: Horologium ſciathericum. L. SI ME MIRAS ME MIRAN. *Si me Aſpicis Aſpicior.* Apud Bohours.

118.

Pro Rege Vitam profundere paratus. Phœnix in ſuo rogo ardens, & Solem imminentem reſpiciens. L. CAUSA PLACET. In Lud. Vind.

Vel : NON EST MORTALE QUOD OPTO. Syll. Men.

*Claſs. II.*



CXIX.

Regij favoris unicè cupidus. Aquila Solem intuens. L. SERVIR Y AGUARDAR. *Servio & Aſpicio.* Pallavicinorum.

Vel : HINC VIRES ANIMIQVE. Syll. Men.

CXX.

Et : Gallus Gallinaceus. L. UNI SOLI. Mareſch. Hoſpitalij in, cujus Teſſera Gallus.

121.

Et : Lunæ creſcentis quadrans. L. CRESCIT UBI ASPICITUR. In Lud. Vind.

221.

Et : Palma etiamnum parva, inter majores alias, Sole nonnihil allucente. L. ÆQVABO SI FAVEAS. Ibid.

CXXIII.

Cæſari præ omnibus addictus. Aquila Solem aſpiciens. L. AL PIU GRANDE M' AFFISSO. *Hæreo non niſi Maximo.*

Vel: IN SOLEM INTENDIT. Syll. Men.

CXXIV.

Et: Vapor in auras ſublatus. L. SERVIRE TONANTI. Ibid.

CXXV.

Principis ſui cauſâ ad fortia quæque inflammatus. Speculum concavum à Solis radiis inardeſcens. L. DE SU LUZ MI FUEGO. *Ex ejus Luce ardor meus.* In Lud. Vindocin.

CXXVI.

Regis ſui Præceptor in Arte militari. Phoſphorus Solem præcedens. L. DUCEM NEC HABERE RECUSAT. In Epicœdio Turenij.

127.

Ad omne illius imperium promptus. Navis in alto. L. LONGE LEVIS AURA FERET. Men. Carrous.

128.

Ad pugnandum maximè. Haſta ſolo defixa. L. CERTASSE JUVABIT. In Lud. Vindoc.

129.

Ludicro certamine veræ pugnæ ſe parans. Trophæum è congeſtis armis, & Larvis compoſitum, & Haſtæ impoſitum. L. JUNCTA DECENT.

Vel : NON FICTI PRÆMIA MARTIS.

CXXX.

Militiâ clarus, & ad ludicrum certamen deſcendens. Malus Perſica, quæ translata ſalubrior. L. POSITA FERITATE NITESCIT. Ibid.

CXXXI.

Bellator Audax, & magnanimus. Navis in Tempeſtate. L. AUDAX OMNIA PERPETI. *Horat.* Epicœd. Turen.

CXXXII.

Nubes fulgetris undique coruſcans. L. TOSTO FULMINARO. *Mox & fumina mittam.* Men. Carrous.

133.

Et : Fulmen in editum montem incidens. L. CONTRA LOS MAS LEVANTADOS. *Altiſſima contra.* Ibid.

CXXXIV.

Ventus in Laurum arborem impetum faciens, eamque diffringens. L. POSSUM NEC FULMINA POSSUNT. Balagnij. *Referunt PP. Le Moyne, & Meneſtrier. Ille improbat, hic defendit.*

CXXXV.

Et : Imperterritus. Aquila inter fulgura, & fulmina placidè volans. L NI MATARME NI ESPANTARME *Nec opprimor nec terreor.* Galeatij Fregoſi apud Bohours.

Vel : NEC FULGURA TERRENT.

Vel : AUDENTIOR. Syll. Men.

CXXXVI.

Animoſus, & Ultor. Ætna, mons ardens, & fulmine tacta. L. FULMINATO E FULMINANTE. *Fulminatus & fuminans.* Apud Moyn. & Bohours.

CXXXVII.

Audax, & imperterritus. Flamma furſum evolans. L. IRE O PERIRE. *Aut eundum, aut pereundum.* Syll. Men.

Vel : QVIESCIT IN SUBLIMI. Apud Typotium.

138.

Contra Oppreſſorem Reip. & Libertatis. Fulmen in Arcem incidens. L. EL DAMADOR DE LOS TIRANOS *Domitor Tyrannorum.* Moyn.

CXXXIX.

Et Aquila fumine armata, & Solem intuens. L. NEC QVÆ MAGIS AUDEAT ULLA EST. Syll. Men.

CXL.

Et Equus Trojanus. L. AUDENDUM Othonis Wittelſpachij apud Lukium, & Men. Carrous. Qui Equiti Gallo tribuit.

141.

Et Ventus fulmen impellens. L. OU JE VEUX. *Quocunque ipſe volo.* Ap. Moyn.

142.

Et: Fulmen turrim desjiciens L. OBSTANT NULLA FURENTI. Com. de Montrevel. Men. Carrous.

CXLIII.

Et: Chimæra Ignem ore vomens. L. MICAT DUM DIMICAT. Syll. Men.

CXLIV.

Tubus pyrius aſcendens. L. DALL' ARDORE L' ARDIRE: *Ex Ardore audacia.* Apud Moyn. & Bohour. *Utrique reprehenſum ob Metaphoram non convenientem figuræ.*

CXLV.

Et: Gryphus. L. AVIDUS COMMITTERE PUGNAM. Syll. Men.

CXLVI.

Hiſtrix, aut Porcus Marinus. L. NON DESUNT TELA FURORI. Valdori.

CXLVII.

Vim vi repellens. Sol Nebulas diſſipans. L. VIM VIRIBUS EXIT. *Ex Ovid.* Rateri Com. Habſpurgici. Syll. Men.

Vel: SE PHARETRA SESE JACULO SESE UTITUR ARCU. A. à Burgundia.

148.

Confidens de Victoriâ, & gloriâ ſuâ. Corona Laurea. L. HINC LABOR HINC MERCES. In Lud. Vindoc. Com. Armigniac.

CXLIX.

Et: Rhinoceros. L. NO BUELVO SIN VENCER. *Non Redeo niſi Victor.* Apud Belam. *Fuit hoc Symbolum Alexandri de Medicis I. Ducis Hetruriæ.*



150.

Rarum, nec obvium decus ex armis captans. Palmæ in Coronam flexæ. L. NON VENIT EX FACILI. Ibid. March. Carmaſelli.

CLI.

Et: Baſiliſcus prope ſpeculum, & occiſas alias animantes. L. AUT PERIT AUT PERIMIT. Gambertus.

Vel: PERDET AUT PERIBIT. *E Sen. in Thyeſte.*

152.

Vultur ſublime volans. L. AD ARDUA GAUDENS. Syll. Men.

CLIII.

Generoſi, & Invicti animi. Flamma cacuminata. L. DEORSUM NUNQUAM. Apud. Bohours. & Typotium, *qui tribuit hoc Symbolum Olympiæ Urſinæ.*

154.

Et: Ignis è cuniculo erumpens. L. NEGATA TENTAT ITER VIA. *Ex Horat.* Epicœd. Turen.

155.

Non Hoſtibus, non Rivalibus ceſſurus. Flamma ingens in aëra ſubvolans. L. FELICITER AUDAX. In Lud. Vindoc. Com. Cleræi.

CLVI.

Belli Labores, & Amantium curas ferre paratus. Sagitta. L. MARTE LO MANDI O AMORE. *Seu Mavors, ſeu mittat Amor.* Ibid. Com. Pleſſæi.

157.

Militiæ Strenuus, in pace fidus Amator. Flamma ſuper Aram. L. GLORIÆ ET AMORI. Ibid.

CLVIII.

Bellator glorioſus, & militariter jactabundus. Malleus Horologij nolam feriens. L. DE MIS GOLPES MI SONIDO. *Ictus par fama ſequetur.* Men. Carrous.

159.

Proprijs geſtis inclytus, etſi fortè obſcuris parentibus ortus. Sol. L. NON MUTUATA LUCE. Men in Syll.

160.

Et: Sol Mundum illuſtrans. L. QUALES MIS HECHOS. *Facta probant.* Syll. Men.

CLXI.

Gloriam vitæ anteferens. Fax utrinque accenſa. L. BREVIOR AT CLARIOR. Idem.

162.

Gloriam cum Virtute conſectans. Sol. L. CÆLOQUE SOLOQUE. Idem.

163.

Æmulis ſuperiorem ſe jactans. Ut Dux Albanus in equeſtri ludo cùm alii Equites, Fonſecæ potiſſimùm, cujus Teſſera gentilitia Stellæ, his ipſis ſagula ſua diſtinxiſſent, eoque ornatu apparuiſſent, ipſe autem in Pegaſo, velut Equo Auroræ ſequeretur, hoc Auroræ ſuæ Lemma inſcripſit. AL MI PARECER S' ASCONDEN LAS ESTRELLAS. *Me apparente lateant Stellæ.* P. Le Moyne aliter exponit: AL PARECER DE L' ALUA (*quod nomen Auroram etiam ſignificat*) S' ASCONDEN LAS ESTRELLAS: Nec probat tamen per omnia hoc Symbolum.

CLXIV.

Et: Igneum miſſile, ſeu tubus pyrius. L. ARDO PARA SUBIR: *Ardeo ut aſcendam.* March. Richelij. In Lud. Vindocin.

165.

Et: Tormentum Bellicum exploſum. L. ARDET UT FERIAT.

CLXVI.

Aquila captam prædam dimittens, & Solem intuens. L. GLORIA ME NON PRÆDA TRAHIT. Syll. Men.

167.

Zelotypyia. Flos. L. DEL MIO VARIO COLOR UN SOL DISEGNO. *Non idem color, finis idem.* Men. Carrous.

CLXVIII.

Et: Jaculum Lauro circumdatum. L. NON SINE GLORIA CADET. March. Villaregij. In Lud. Vindocin.

Vel: NUNQUAM IRRITA. (Sagitta.)

Vel: IN VAN NON MAI. *Nunquam fruſtra.* March. Coaslini. Ibid.

Vel: CERTO FERIT. Ducis Aurelian.

169.

Nemini niſi Regi amore gloriæ ceſſurus. Fax per diem, & lucente Sole, accenſa. L. NOLLEM CESSISSE MINORI. Ibid.

CLXX.

Niſi cum paribus genere, & dignitate congredi ſuſtinens. Aquila plures ſequentes aviculas contemptim reſpiciens. L. QUAS EGO.

Vel: NON INFIRMIORES. Syll. Men.

CLXXI.

Non unius tantùm laudis appetens, nec unâ contentus victoriâ. Variæ Coronæ ex arbore ſuſpenſæ. L. NO QUIERO MENOS. *Nil minus, vel: Non pauciores ambio.* March. Humierij in Lud. Vindoc.

172.

Et: Geſminium flos. L. HINC ODOR ATQUE HONOR. Men. Carrous.

173.

Pharus nocte ſubluſtri. L. QUOD NEQUEUNT TOT SIDERA PRÆSTAT. Baſſompierij. Apud Bohours.

CLXXIV.

Et: Aquila Solem verſus evolans. L. NO PUEDO MAS NI QUIERO MENOS. *Plus non poſſum, at neque cupio minus.* Syll. Men.

CLXXV.

Et: Phœnix in ſuo rogo. L. MORIR POR NO MORIR. *Ne moriar morior.* Apud Bohours.

Vel: POR L' IMMORTALIDAD BUSCAR LA MUERTE. *Emere morte Immortalitatem.* Ibid.

Vel: HOC JUVAT URI. Men. Caurous.

176.

Partâ laude non contentus. Aquila pennis ad volandum explicatis. L. MAJORA SUPERSUNT. Syll. Men.

CLXXVII.

Bellator Juvenis in primâ ſuâ expeditione. Sol Naſcens. L. NONDUM OMNIS SESE EXPLICAT ARDOR. Com. S. Pauli. D. Clement apud Bohours.



CLXXVIII.

Et: Aquilæ Pullus in aëre ſuſpenſus. L. ET FULNINA MITTET. Syll. Men.

CLXXIX.

Et: Arbor primas gemmas, & flores extrudens. L. SPES MODO MOX FRUCTUS. In Lud. Vindocin. Com. Seryæi.

CLXXX.

Et: Tubulus pyrius aſcendens. L. ARDOREM LUX MAGNA SEQUETUR. Apud Bohours. Com. de Pleſſis.

CLXXXI.

Avitæ Gloriæ æmulus. Aquilinus Pullus. L. PATRIUS VIGOR NIDO PROPULIT. Henrici Naſſovij.

182.

Et: Falco è pugno dimiſſus. L. QUO ME VOCAT INSITA VIRTUS. Com. de Hanau.

CLXXXIII.

Et: Corona Imperialis: flos. L. VENTURÆ PRÆSCIA SORTIS. Men. Carrous.

CLXXXIV.

Vel: Idem pullus aquilinus majorem Aquilam parentem ſuum inſequens. L. SEQUOR ET QUA DUXERIS ADSUM.

Vel: DISCIT PAR ESSE PARENTI.

Vel: MAGNORUM HAUD INDIGNUS AVORUM.

Vel: PATRUM VIGOR IGNEUS OLLIS.

Vel: STIMULOS JACIT ÆMULA VIRTUS MAJORUM. Syll. Men.

CLXXXV.

Et: Leunculus ungues exſerens, & jubas quatiens. L. PATRIOS ASSURGIT IN UNGUES.

CLXXXVI.

CLXXXVI.

Et: Laurus adoleſcens inter alias proceriores. L. MAJORES DONEC SUPEREM. Ap. Bohours. March. de Lauriere.

CLXXXVII.

Et: Sol in Zodiaco. L. LO SIGUE MI GLORIA. *Illum conſequitur mea Gloria.* Syll. Men.

188.

Et: Globus Tormento bellico excuſſus. L. SUPEREST CURSUS. Idem.

189.

Arma Igni ambuſta. L. HAC LUCE VIAM. Idem.

CXC.

Bellator Fortis. Cuniculus accenſus, & munimentum disjiciens. L. EX OBICE VIRES.

191.

Et: Fulmen. L. PORTARUM CLAUSTRA REVELLIT.

Vel: QVOCUNQVE JERIT.

CXCII.

Idem providus, & in omnes vincendi occaſiones intentus. Grus pede altero levato ſaxum tenens. L. SEMPER IN EXCUBIJS. Syll. Men.

193.

Et: Struthio-Camelus ſoleam equi mandens. L. SIC NUTRIUNTUR FORTES. Daudiguier.

CXCIV.

Et: Elephas armatus, ac turritus. L. NEC ME LABOR ISTE GRAVABIT. Syll. Men.

CXCV.

Semper ſeipſo fortior. Virga pyrotechnica, ſeu Tubus papyraceus. L. ET INCANDESCIT EUNDO. *Ex Ovid.* Ibidem.

CXCVI.

Omnia perrumpens obſtacula. Torrens aggeres, & arbores ſecum abripiens. L. NI AMPAROS NI REPAROS. *Neque præſidia, neque Remedia.* Men. Carrous.

CXCVII.

Et: Ventus in arbores impetum faciens, easque infringens. L. RUMPIT IN QUOS IRRUMPIT. Moyn.

198.

Ætna flammas ejiciens. L. NATURA MAJORA FACIT. Caroli Ducis Sabaudiæ Typot.

Vel: UNDIQUE TERROR. Syll. Men.

199.

In adverſis fortior. Ignis vento agitatus. L. QVANTO S' INFIAMMA PIU TANTO PIU CHIARO. *Ardentior, clarior.* Ibid.

CC.

Et: Pyloclaſtrum Portas Urbis effringens. L. EX OBICE VIRES. Thel. Turen.

201.

Gladius per fiſſuram rupis adactus. L. DUM PENETRAT ACUITUR. Joan. I. Regis Luſitaniæ. Typot.

CCII.

Et: Sol Nube circumdatus. L. QVIEN SE ME OPPONE ME CORONA. *Qui ſe mihi opponit, me coronat.* Men. Carrous.

203.

Et : Fulmen Arcis propugnaculum dejiciens. L. PER VETITUM. *Ex Horat.* Syll. Men.

CCIV.

Contra adverſantes invictus. Ætna inter Ventos, & pluvias ardens. L. DURAT ET LUCET. Lazari Baronis Schwendij.

Vel : VIOLENTIA GLISCIT. Syll. Men.

CCV.

Et : Cometes. L. INFESTIS INFESTUS. Men. Carrous.

CCVI.

Manu, & geſtis, quàm linguâ præſtantior. Fulmen è nube prorumpens. L. MAS DAÑO QVE RUYDO. *Plus Damni, quàm ſtrepitûs.* Joinvillæi Apud Bohours.

207.

Interritus, & invictus. Turbo Ventis, & fulminibus permiſtus, omniaque ſubvertens. L. NIL OBSTAT MIHI.

Vel : VIM IMPETUS AUGET. Syll. Men.

CCVIII.

Sol. L. A TODOS YO A MI NINGUNO. *Omnes unus ego : me nemo* (ferit.) March. Narmouterij. Ap. Men. Carrous.

CCIX.

Conſtans, & ſemper ſibi ſimilis. Phœnix. L. SEMPRE L' ISTESSA. *Semper idem.* Fabrirtij Carafæ.

CCX.

Et : Centaurus : Sidus. L. NUNQVAM SIBI VIRIBUS IMPAR. Syll. Men.

211.

Et : Victor Fortioris. Gallus Gallinaceus, fugiente, ut dicitur, ab ejus cantu Leone. L. FUGAT IMPAVIDUM.

Vel : MINOR MAJOREM. Syll. Men.

*Claſs. II.*



212.

Omni ex parte metuendus. Gryphus. L. UNGUIBUS ET ROSTRO PENNISQVE ARMATUS IN HOSTEM. Ibidem.

CCXIII.

Et : Bolis pyria, vulgo *Bomba*, in aëre lucens. L. ET MAGNAS TERRITAT URBES. *E Virg.* Epicœd. Turen.

214.

Omnia obſtantia pervincens. Ventus Nubes, & Nebulas diſſipans. L. NO PARAN. *Non reſiſtunt.*

Vel : S' IO SPIRO SPARIRANNO. *Me ſpirante diſparebunt.* Syll. Men.

CCXV.

Et : Aquila Nubem penetrans. L. QUID IMPERVIUM ? Idem.

216.

Et, cui ipſa obſtacula ſunt incitamenta fortitudinis. Fluvius, aut Torrens oppoſitos aggeres perrumpens. L. AB OBICE FORTIOR. P. La Rue.

Vel : CONCESSA PUDET IRE VIA.

Vel : OBLUCTANTIA QUÆRIT.

CCXVII.

Nihil accepto vulnere territus, & prælium inſtaurans. Struthio-Camelus ferrum roſtro tenens. L. DURUM SED DIGERIT. Monlucio *in obſidione Rabaſcenſi ſecundùm malas ſclopo ictо.* Syll. Men.

CCXVIII.

Et : Elephas ſagittis confixus, eoque ferocior. L. E VULNERE VIRES. P. Gambertus.

CCXIX.

Taurus, vel aries arborem cornibus impetens. L. FORTIOR UT REDEAT. Zingreffius.

220.

Aquila cum ſerpente pugnans. L. SEMPER ARDENTIUS.

Vel: DONEC PERIMAT: Syll. Men.

CCXXI.

Fortis, & Illuſtris. Annulus Adamante inſignis. L. DURAT ET LUCET. Matthiæ Hunniadis apud Typotium.

CCXXII.

Egregio rerum ſucceſſu fidem, & virtutem ſuam Principi approbans. Aquila fulmen tenens. L. ANIMOS EXPERTUS JUPPITER. D. Clement.

Vel: ANTE PROBATA MINISTRO. Syll. Men.

CCXXIII.

Prorogandæ Vitæ parùm ſolicitus, dum, quam vivit, cum laude terminet. Tubulus pyrius cum flammâ aſcendens. L. POCO DURI PUR CHE M' IN ALZI. *Parum duret, modò me ſuſtollat in altum.* In Lud. Vindoc.

224.

Et: Aquila in Solem intenta. L. E DI CIO VIVO E D' ALTRO MI CAL POCO. *Hoc vivo: nec ultrà vota volant.* Marin. Carraccioli Princ. Torellæ.

CCXXV.

Et: Scutum Lacedæmonium. L. AUT IN HOC AUT CUM HOC. (*intellige*) *Redi.* Dictum Matris Lacænæ filium ad Bellum dimittentis.

Simile huic fuit Symbolum Marci Ant. Carretti Princ. Melphi: Claſſi Hiſpanæ præfecti: cùm Cupreſſi, & Palmæ ramos decuſſatim junxit cum L. ERIT ALTERA MERCES Quod vide ſupra Num. CVIII.

226.

A pugna, congreſſuque cum Hoſte prohibitus imperio Principis. Falco in prædam volans, & vinculo retentus. L. TORMENTI GENUS! Syll. Men.

227.

Bellator Pacis impatiens. Cometes. L. SINE FINE RUINAS. Men. Carrous.

Vel: SANGUINEUM SPARGENS IMBREM. Ibid.

228.

Et: Luna cruenta. L. RUBICUNDA PROCELLAS. Ibid.

CCXXIX.

Dux: Belli, Senex, & Fortis. Leo grandævus L. NON EXARMATA SENECTUS.

CCXXX.

Et: Arbor annoſa pomis gravis. L. NON ANNI DOMUERE. *E Virg.* Epicœd. Turen.

231.

In omnem rei bene gerendæ occaſionem intentus. Grus ſtans, pede levato. L. NOCTEMQVE VIGIL DUCIT. *E Silio Ital.* Syll. Men.

CCXXXII.

Patriæ ſuæ Defenſor; & conſervator. Laurus ſub cœlo nubilo, & fulgetris coruſcante. L. SOLUM NATALE TUETUR. Comitis de Dunois apud Bohours.

CCXXXIII.

Ciconia in ardentem domum, ſeu turrim, in qua nidum poſuit, aquam evomens. L. PRO DOMO SUA. Silv.

234.

Et: Aves Templum in Inſula poſitum circumvolitantes. L AMOR PATRIÆ RATIONE VALENTIOR OMNI. Incerti.

235.

235.

Pro Principe, Patriâ, & Gloriâ pugnans Gladius ornatus gemmis, è pariete pendens. L. SPLENDOR ET AUXILIUM. March. Rupefortij. In Lud. Vindoc.

236.

Et: Canis ante ſeptum ovibus circumpoſitum excubans. HINC PUGNAT ILLINC PROTEGIT. Frid. Henr. Duci Auriaco. Valdor.

CCXXXVII.

Alius Canis acuminato torque armatus, vel, ut eſt apud Typotium; ſeptum acuminatum, quali oves clauduntur: L. SAUCIAT ET DEFENDIT. Apud Bohours. Nic. Urſino pro Rep. Veneta prælianti.

Et: L. VIS AMICA.

238.

Summæ laudis bellicæ cupidus. Clava Herculis. L. MAGNA MAJOR FAMA. Ducis Luxenburgici: In Lud. Vindoc.

Vel: VIX ÆQVAT FAMA LABORES. March. Styencourtij. Men. Carraus.

CCXXXIX.

In militaribus expeditionibus, & exercitationibus indefeſſus. Duo Mergites, qui annuis laboribus finem, & principium faciunt. L. FINIUNT (*Malim* ABSOLVUNT) PARITER RENOVANTQVE LABOREM. March. del Guaſto. Apud Moyn.

240.

Ductor Exercitûs ſupremus. Gallus Gallinaceus. L. ET VIGIL ET PUGNAX Syll. Men.





CCXLI.

Præfectus Equitatui. Fulmen. L. QVO FERET AURA.

CCXLII.

Rei maritimæ, ac Claſſi præfectus. Luna Plena. L. EOUM OCCIDUUMQUE (*Oceanum*) VERSAT. Idem.

Et: ET SOLI PARET ET IMPERAT UNDIS. Duci de Beaufort, *ſed qui iiſdem undis merſus fuit ad Cretam.* Bohours.

243.

Solâ nominis ſui famâ Piratas è Regni Neapolitani finibus fugans. Baſiliſcus ſerpentes agens in fugam. L. TU NOMINE TANTUM. Syll. Men.

CCXLIV.

Rei Tormentariæ Præfectus. Aquila fulmen tenens. L. QVO JUSSA JOVIS. Ducis Sullij. Carrous.

245.

Et: Tormentum Bellicum. L. OBSESSAS PROTEGIT URBES. Syll. Men.

CCXLVI.

Vel: Idem tormentum impoſitâ Dioptrâ, ſeu Quadrante. L. ET MANUS ET MENS. Ibid.

CCXLVII.

Mortarium, è quo globus major ejicitur. L. ET FRAGOR ET FULGOR.

Vel: Ejecto globo, fumans adhuc. L. AUN TODO NO ES BAHEDO. *Nondum omnis perijt ſpiritus.* Ducis Navaille. Ibid.

248.

Filius Præfecti ejusmodi. Aquila. L. L. FULMINIS HÆRES.

Vel : GESTURUS SUMMO TELA TRISULCA JOVI. Idem.

CCXLIX.

Dux celeritate præſtans. Sol in Zodiaco. L. NON EST MORA LIBERA. *Ex Ovid.* Syll. Men.

CCL.

Solâ ſuâ præſentiâ bellum conficiens. Fulgur è Nubibus emicans. L. SOLO LUMINE TERRET. Theſ. Turen. *Et apud Bobourſium.*

CCLI.

Et : Caput Meduſæ in Clypeo. L. RIGET SIMUL ASPICIT HOSTIS. Ibid.

252.

Et ad omnia expeditus. Gladius flammeus. L. NON QUOD SED UBI. Jac. Nompar.

253.

Pugnæ ſemper paratus. Gallus Gallinaceus. L. DI PUGNAR NON RICUSO. *Non detrecto certamen.* Syll. Men.

CCLIV.

Et : Ingens Flamma in aëre. L. NE FREN NE TEMPO. *Nec retineor, nec tempus exſpecto.* In Lud. Vindoc.

Vel : NON MAR NON TERRA IL CIELA. *Ut alibi dictum :* Non Pelagus non Terra tegit.

CCLV.

Impiger in perſequendo Hoſte : Canis Venaticus Cervi fugam premens. L. PER JUGA PER FLUVIOS ET SILVAS. Epicœd. Tur.

CCLVI.

Mirabili celeritate Victor. Leo, ſeu Leopardus. L. AUT CITO AUT NUNQVAM.

CCLVII.

Et : Fulmen Quercum disjiciens, inclinatis juxtà arundinibus. L. AUT CEDERE AUT CÆDI.

258.

Pluribus reportatis Victoriis illuſtris. Fulmen. L. POPULIS CENTUM PAVOR. *Ex Sidon.* Syll. Men.

CCLIX.

Et : Cometes. L. NUNQVAM SPECTATUS IMPUNE. Idem.

CCLX.

Et : Torrens Arbores, & ſaxa ſecum rapiens. L. VINCERE VI DIDICI.

261.

Ex obſidione toleratâ glorioſior. Fulgur è Nube prorumpens. L. DE CARCERE CLARIOR EXIT. Idem.

CCLXII.

Hoſte Regis ſui potitus. Canis Aquaticus Ardeam tenens. L. PRÆDAM DE PRÆDONE FACIT.

Vel : FRÆDÆ PRÆDO FUIT. *Ex Sidon.* Mareſc. de Boucecaut *capto Com. de Perigord.* Apud Bohours.

CCLXIII.

Cui nihil obſiſtere potuit. Fulmen Arbores disjiciens, & evertens. L. AUT CEDUNT AUT RUUNT. Syll. Men.

CCLXIV.

Prudens juxtà, & Fortis. Horologium rotatum, manus, inſertâ claviculâ, ordinans. L. CUNCTANDO RESTITUIT. *Ex Ennio.* Epicœd. Turen.

CCLXV.

Et : Sol in ſuo Curſu. L. RAPIDO SI MA RAPIDO CON LEGGE. *Ex Taſſo. Rapior, ſed non extra orbitam.* Bohours.

266.

Conſilio, quàm armis plura conficiens. Navis inter fluctus. QUI TEMPERAT ANTEIT REMIGIS OFFICIUM. *Ex Ovid.* Syll. Men.

CCLXVII.

Et : Aries, machina Bellica. L. VIS IN CAPITE EST. Epicœd. Turen.

268.

Eloquentiâ itidem excellens. Clava pelle Leoninâ involuta. L. SUADA ET VIOLENTIA. Hann. d' Eſtrees. Valdori.

269.

Bonarum Artium amans. Merula laurum roſtro mordens. L. NOBIS VICTORIA CURÆ. *Quia merulæ ægrotantes Lauro ſanantur.* Ejusdem.

270.

Longâ militarium rerum experientiâ nobilis. Suggeſtus tormentarius. L. COEPTI FIDUCIA BELLI. *E Virg.* Epicœd. Turen.

CCLXXI.

Ab omni fraude alienus. Leo. L. VENATUR INGENUE. Apud Piccinellum.

272.

Formidatus, vel quieſcens. Leo ſedens. L. ET VIRES ET ANIMUS.
Vel : ET QVIESCENTEM PAVESCUNT. Ducis Guiſij. Men. Carrous.

CCLXXIII.

Militum amans. Rex Apum examen educens. L. PRO STIMULO EXEMPLUM EST. Epicœd. Tur.



CCLXXIV.

Et : Aquila grandis pluribus alijs minoribus comitata. L. MONSTRAT TOLERARE LABORES. *E Lucano.* Ibid.

CCLXXV.

Æquitatis inter Arma tenax, & Cuſtos. Turris in Tabulâ luſoria Scacchorum in directum ſemper ſe movens. *Hic Calculus alijs Elephas dicitur. Sed Turris nomen melius convenit Turenio, cui hoc Symbolum aptatum fuit, quippe Teſſera illius Gentilitia.* L. NUNQUAM A RECTO DEFLECTIT. Ibidem.

CCLXXVI.

Ductor Exercitûs poſt acceptam cladem fortunæ aleam denuò tentans. Leo ſecundùm femur telo ictus. L. TARDATUS NEQVE TERRITUS. Montmor.

CCLXXVII.

Victus, at Confidens. Duæ Arbores, una florens, alia etiamnum arida, cujus & Lemma eſt, SUPERABO OLIM. Apud Belam.

278.

Et : Arcus, ſeu baliſta impoſitam ſagittam excutiens. L ESSER PUO CH' EGLI IN VAN NON SEMPRE SCOCCHI. *Non ſemper aberrabit à metâ.* Apud Men. Des Carrous.

279.

Glorioſè occumbens. Vel Mortis Contemptor. Trophæum, ſeu Tumulus Laureis, Tubis, Armis exornatus. L. SUPEREST PRO SANGUINE MERCES. Toiraſij.

CCLXXX.

Gloriæ ſuæ, ac Triumpho immortuus. Bolis *vulgo Bomba:* ſeu Tubulus py-

rius in aëre diſſiliens. L. NE POUVANT PLUS JE MEURS. *Ultra ſcandere neſcius occido.* Syll. Men.

281.

Poſt actas prædas occiſus. Aquila, dum captam prædam aſportat, ſagittâ confixa. L. VITAM CUM PRÆDA PONIT. Idem.

282.

Principi ſuo factus ſuſpectus, & poſt fortia facta carceri mancipatus. Falco perticæ ſuæ alligatus. L. VINCULA RESTANT SOLA MIHI. Syll. Men.

CCLXXXIII.

Et: Idem Falco. L. VINCIOR UT VICI. Duci Albano *à Philippo II. poſt devictum magna ex parte Belgium cuſtodia incluſo.* Apud Moyn.

283.

Et poſt ſubactam eidem Regi Luſitaniam: *à ſe, uti ait apud Famianum ſtradam,* Duce catenato, *carceri ſe ultro reſtituens.* Idem Falco ad pugnum Venatoris reverſus. L. ULTRO AD VINCLA REDIT. Syll. Men.

CCLXXXIV.

Alius: etiam in Carcere tranquillo animo. Avicula Caveæ incluſa. L. MENS ÆQVA IN ARDUIS. Franciſco de Baſſompiere: *operâ Card. Richelij à Lud. XIII. cuſtodiæ incluſo, in qua fuit detentus usque ad mortem Cardinalis.* Valdorus.

CCLXXXV.

Sperato præmio fraudatus. Examen Apum deſerto Alveari inverſo, vel admotâ face fumigato, profugiens. L. SIC VOS NON VOBIS. Anton. Levæ *poſtquam Regionem Mediolanenſem operâ ſuâ occupatam alteri à Cæſare Carolo collatam vidit.* Apud Moyn.

CCLXXXVI.

Liberos ſuos, *ut Comes Abenſpergicus duos & triginta,* Cæſaris donans militiæ & obſequio. Aquila cum pullis ſuis, Solem intuentibus. L. TUTTI FIDI TUTTI ARDITI. *Fideles omnes, omnes generoſi.* Syll. Men.

Vel: CON CERTA FEDE. *Certâ Fide.* Ibid.

287.

Bellatrix Amazon, *ut Puella Aurelianeuſis.* Falco fœmina maribus, ut dicunt, fortior. L. MARES HÆC FOEMINA VINCIT. Apud Bohours.

CCLXXXVIII.

Eadem ſubinde capta, & ab Anglis, quos vicerat, flammis addicta. Phœnix in ſuo buſto. L. INVITO FUNERE VIVET. Syll. Men.

CCLXXXIX.

Et Salamandra inter Ignes. L. A AUTRUY MORT A MOY VIE. *Mort Alijs, ſed Vita Mihi.* Idem Ibid.

*Vide plura ſimilia infra in Vocibus* PRINCEPS ET REX BELLICOSUS. *Item Claſſe III. voce:* BELLUM.

# C.

## CARDINALIS.

CCXC.

Cardinales, Sede vacante, potentiores. Stellæ Cælo Nocturno. L. LUX PHOEBO MORIENTE VENIT. Syll. Men.

CCXCI.

Cardinalis, Adminiſter Regius, ſuo marte, ac virtute ad ſummos honorum gradus provectus. Thiaræ, Mitræ, Inſulæ, Pedum, &c. L NIL TRIBUAT FORTUNA SIBI. Card. Richelio. Valdor.

CCXCII.

Idem mente capaci orbis totius res fortunamque complexus. L. ANIMO METITUR UTRUMQUE. Montmor.

CCXCIII.

Regnum ab irruptione hoſtili defendens. Agger fluminis, ſeu torrentis Aquis objectus. L. DEXTRAM MIRANTUR INERMEN. Ejusdem.

Et: Globus mundi tribus Canteriis, qui ſunt ejus inſignia, Lilio cacuminatis ſuſtentatus. L. NON COMMOVEBITUR. Moyn.

Vel: Cum uno tantùm Canterio. L. SUSTINET ET DECORAT. Men. *Deſumptum ex illo Card. Hier. Columna*, FULCIT ET ORNAT.

CCXCIV.

Et: Canterius, ſeu, ut poſuit Moynius, Angulus acutus, Gall. Cheûron, ut A. cum L. FIRMATQVE REGITQVE. Moyn.

CCXCV.

Æmulis ſuis ingens Invidiæ argumentum. Sol oriens procul umbram projiciens. L. SPARGIT LONGAS CUM NASCITUR UMBRAS. P. L'Abbé.

CCXCVI.

Idem ſupra Invidiam. Sol in Meridie. L. UMBRAS VIX SPARGIT IN AUGE. Idem.

CCXCVII.

Fruſtra petitus inſidiis. Tres Stellæ in cælo fulgentes. L. INVIDIÆ FINES VIRTUTE RELIQUIT. Card. Mazzarino, *cujus eæ ſtellæ per modum faſciæ ordinatæ Teſſeram conſtituunt.*

CCXCVIII.

Prudentiâ excellens. Stellæ eædem cum Faſcibus Conſularibus, quæ & ipſa Mazzarini Teſſera eſt: L PRÆEST PRUDENTIA BELLIS. Valdori.

CCXCIX.

Idem ægro, ut plurimùm corpore. Et tamen negotijs Regni par. Sol in Eclipſi. L. DEFICIT ET SUFFICIT. Moyn.

CCC.

Conſilia ſua obtegens, & Providus. Nilus, cujus fontes olim ignoti. L. PARTE SUI MELIORE LATET. P. L'Abbé.

Vel: ABSCONDITQVE CAPUT. *Ex Lucano.*

CCCI.

Et: Malum punicum ſemiapertum. L. NOBILIORA LATENT. Idem.

CCCII.

Et: Bombyx è Calathiſco ſuo aliquantulùm transparens. L. ARS PRETIOSA LATET. P. L'Abbé.

CCCIII.

CCCIII.

In Exilio, & inter inſectationes invictus Securis, & Faſces Conſulares erecti, & in terrâ defixi; afflantibus undique Ventis. L. NULLÆ INFLEXERE PROCELLÆ. Idem.

CCCIV.

Et: Abſentiâ ſuâ majus ſui deſiderium, & exiſtimationem faciens. Columna juxta baſim ſuam in plano jacens. L. MAJOREM OSTENDIT CASUS. Moyn. *Quod & in Adminiſtrum quemlibet ex auctoris mente poteſt transferri.*

CCCV.

Providentiâ ſuâ Regnum cuſtodiens. Stellæ tres cælo nocturno fulgentes. L. VIGILANT ET CUNCTA QUIESCUNT. Rapinus.

CCCVI.

Et: Eædem Stellæ in ſuperiore Clypei Faſciâ. L. AB HIS VENIT OMNE SERENUM.

CCCVII.

Ejuſdem Legationes pro Pace reducendâ inter Gallos, & Hiſpanos. Circinus circulum in chartâ deſcribens. L. ORBEM COMPONIT EUNDO. Idem.

CCCVIII.

Cardinalis Scaglia ob Virtutem maturè promotus ad Purpuram. Canis venaticus (*illius Teſſera.*) L. CURSU PRÆDAM. A. Ferrus.

CCCIX.

Et alius, cui in primo ætatis flore idem Purpuræ decus collatum. Malus punica florens. L. PRIMO CONTINGIT PURPURA FLORI. Duci de Albret Rapinus apud Bohour. *Quia & ille fuerat admodum Juvenis, & Arboris hujus flores ſunt rubri.*

CCCX.

Ex Archiepiſcopatu Ebroicenſi ad Epiſcopatum Metenſem translatus, retento Archiepiſcopi nomine. Sol ex uno in aliud Hemiſphærium tranſiens. L. MUDA LUGAR Y NO ESTADO. *Stationem mutat, non Statum, ſeu Dignitatem.* Bohours.

CCCXI.

Card. Maphæus Barberinus, *deinde Urbanus VIII.* brevi tempore ad ſummas Dignitates provectus. Lepus in collem procurrens. L. ASCENSU LEVIOR. *Habent hoc hoc ſibi propriũ lepores, ut facilius, ac celerius ſurſum, quàm deorſum procurrant; idque ob pedes poſteriores multò longiores.* A. Ferrus.

CCCXII.

Cardinalis Burgheſius ob res bene geſtas, ſingularemque Modeſtiam ad Purpuram promotus. Coralia Aquis exſtantia. L. CONSPECTA RUBESCUNT. *Ajunt enim, id, quod ſub aquis virgultum molle ac viride fuerat, in aperto aëre indureſcere, ac purpuraſcere.* Acad. Romana Partheniorum.

CCCXIII.

Card. Boncompagno Pontificatum auguratus eſt Famianus Strada è gentilitiâ ejus Teſſerâ: Dracone cum L. DELUBRA AD SUMMA. *Ex Virg. Immeritò Symbolum hoc reprehenditur à Moynio.* Defenditur ſerm. IV. n. 3. Auctor *Symboli* FAMIANUS STRADA.

*De Aliorum S. R. E. Cardinalium ſingularibus virtutibus vide Claſſe III. & in voce:* ADMINISTER.

CON-

# CONJUGIUM.

CCCXIV.

Conjugium Regale, ſeu inter Principes. Duo ſpecula invicem oppoſita, & radios ſuos mutuò reflectentia. L. FERTQUE REFERTQUE. *In Nuptijs Catharinæ Auſtriacæ cum Carolo Emmanuele Duce Sabaudiæ. Alludit autem ad Teſſeram Sabaudicam FERT. Cujus eſt ſenſus.* FORTITUDO EJUS RHODUM TENUIT. *Tributum Amedeo IV. Duci Sabaud. ob ſervatam Rhodum Inſulam.*

315.

Et: Duo Parelij. L. PAR HABITUS PAR FORMA. Idem. *E Corrippo Africano.*

316.

Sol, & Luna. L. ASPIRANT FACE MUTUA. Menet. in Sylloge.

CCCXVII.

Duæ Palmæ invicem inclinatæ. L. AD MUTUA FOEDERA NUTANT. Idem Men. alibi.

318.

Et: Magnes duos Annulos jungens. L. NECTIT AMOR TRAHIT INSITA VIRTUS. Idem.

319.

Inter Gallam, & Sabaudum. Lilia Roſis implexa. L. AUGENT CONJUNCTA DECOREM. Idem.

Vel: MAXIME ROSAS DECET. *E Plinio.* Theſaur.

Vel: VERIS UTRUMQUE DECUS. *E Claud. Quia Sponſa verno tempore Domum ducta.* Idem.

320.

Inter diverſis Gentibus ortos. Duæ Palmæ invicem inclinatæ: interfluente rivo. L. NON UNO CREVERE SOLO. *Ex Joviano Pontano.* Idem.

Vel: AMOR NON CEDIT AMORI. Men.

CCCXXI.

Conciliato Amore inter abſentes. Phœnix ad Solis radios pyram ſuam accendens. L. PROCUL DE LUMINE CONCIPIT IGNEM. *E Lactant.* Men.

322.

Ideoque tranquillitatis publicæ, & mutui fœderis obſes. Caſtoris, & Pollucis gemina flamma in Antenna Navis tempeſtate agitatæ. L. SOCIATA SALUTEM. Theſaur.

CCCXXIII.

Et: Inter Henr. II. & Catharinam de Medicis. Iris. L. ΦΩΣ ΦΕΡΟΙ ΗΔΕ ΓΑΛΗΝΗΝ. *Cum Luce Tranquillitatem affert.* Bela, & Typot.

Vel: SERENITATIS NUNCIA. Syll, Men.

324.

Et: Optatæ fecunditatis, ac ſucceſſionis pignus. Palma fœmina; *ſine quâ negant, dactylos à Mare produci.* L. PULCHRA FACIET TE PROLE PARENTEM. *E Virg.* Men.

325.

Et: Phœnix in ſuo rogo. L. UT SIT POST FATA SUPERSTES.

326.

Et: Lilia florentia, inſtantis tempore meſſis. L. SPES PROXIMA FRUGUM. Theſaur.

CCCXXVII.

Inter Reginaldum I. Ducem Mutinenſem, & Charlottam Brunſuicenſem ex eâdem olim Azzonis ſtirpe ortos. Flumen in duo brachia à fonte derivatum, quæ ſubinde rurſus in unum alveum

alveum coëunt. L. COMMERCIA REDDIT. Leibnizius Hannoveræ.

Et : Lemma cum eodem corpore, duobus alijs Conjugibus aptatum à Menetrerio. DECUS EST ET COPIA JUNCTIS.

328.

Conjugium Paciferũ inter Ludov. XIV. & Tereſiam Hiſpanam. Pro Sponſo. Sol. L. DEDIT ILLE DIEM.

Pro Sponsâ, Luna. L. DABIT ILLA QUIETEM. Syll. Men.

329.

Et : Duæ Palmæ invicem inclinatæ. L. FLEXIT AMOR POTUIT VIS NULLA. Apud Bohours.

330.

Pro Reginâ. Adamas annulo inſertus. L. SPLENDIDIOR NEXU.

CCCXXXI.

Conjugalis, & mutuus Amor inter Prinpes. Fax ardens. L. URITUR URENDO. Syll. Men.

CCCXXXII.

Et : Phœnix in rogo ſuo à Solis radijs ardente. L. SIN PAR EL QUE ARDE SIN PAR EL QUE QUEMA. *Qui ardet, quique urit, non habent pares.* Men.

CCCXXXIII.

Et : Sol. L. URIT ET ARDET. *Ex Ovidio.* Montmor.

334.

Idem Sol radios ſuos diffundens per ſpeculum. L. HINC SPLENDOR AMORQUE. Men.

CCCXXXV.

Navis Incendiaria. L. URAR DUM URAM. Men. in Syll.

336.

Phœnix in ſuo rogo. L. ARDER NON SI PUO DI PIU BEL FUOCO. *Ardor non pulchrior alter.* Men.

CCCXXXVII.

Corona è duobus Lauri ramuſculis contexta. L. NUNC ERIT APTA MAGIS QUÆ SIC EST FACTA DUORUM. *E Sidonio Apollin.*

Vel : JUVAT USQUE LIGARI.

CCCXXXVIII.

Malum punicum, utrinque apertum, ut duæ dimidiæ pomi hujus coronæ appareant. L. DIVIDE IL DIADEMA APRENDO IL CUORE. *Partitur Diadema, dum cor ſuum aperit.* Idem.

339.

Stagnum placidum ex injecto lapillo plures orbes repræſentans. L. MENTRE M' APRE IL SUO SEN JO LA CORONO. *Quæ mihi ſinum pandit, eam ipſe corono.* Idem.

340.

Pro Sponſa : quæ omnem ſuam gloriam in Conjugem refert. Luna Plena. L. TODOS ME MIRAN YO A UNO. *Omnes me aſpicunt, aſt unum ego.* Tereſiæ Hiſpanæ in ſuo Lutetiam ingreſſu. Apud Moyn.

CCCXLI.

Et : Amorem in ſuum Conjugem verecundè teſtata. Luna. L. OGN'UN SA CHI M' ACCENDE. *Nemo neſcit, unde ardeam : vel luceam.* Men.

342.

Iris Soli obverſa. L. DE LOS TUYOS LOS MIOS. *Lux mea de tuis radijs.* Men. in Syll.

343.

Avis Paradiſiaca, *quam putârunt aliqui ſolo Solis aſpectu vivere.* L. VIVO SOL DE GLI OCCHI TUOI *Sola mihi donant tua Lumina Vitam.* Men.

344. He-

344.

Heliotropium. L. SOLEM SOLA SEQVOR. Mariæ Medicææ. Apud Bohourſium, *cui tamen non probatur ſimpliciter, ut neque, quod ſequitur.*

345.

Dolens ex abſentiâ Conjugis bello implicíti. Horologium ſciathericum obſcuro Cælo. L. MIHI TOLLUNT NUBILA SOLEM. Annæ Auſtriacæ.

CCCXLVI.

Et: Eclipſis Lunæ. L. EREPTUM QVANDO REVISAM! Apud Belam.

CCCXLVII.

Sponſa Cæſaris. Aquila. L. DEGNA D' IMPERO. *Digna Imperio.* Syll. Men.

Vel: L. UNA EST JOVE DIGNA. Idem.

CCCXLVIII.

Fidelis, & Ardens. Canicula Cæleſtis. L. NE PIU ARDENTE NE PIU FEDELE. *Nemo flagrantior, nemo fidelior.* Syll. Men.

CCCXLIX.

Aquila Solem fixis oculis aſpiciens. L. MIRATUR AMATQVE. *E Claud.*

350.

Phoſphorus: ſeu Stella Matutina. L. COMES FIDISSIMA SOLIS.

Vel: SOLI SOLA MICO. Idem.

Vel: PARA QVE REINA A SU LADO. *Ut juxtà regnet.*

351.

Idem ſocietatem inſolubilem, & communicationem Honorum afferens. Sol, & Lucifer, ſeu Stella matutina. L. UBI TU EGO. *Veteres hoc idem ſic exprimebant: Ubi tu Cajus, ego Caja.* Syll. Men.

CCCLII.

Et: Sol in Oriente, Luna in Occidente. L. DIVISUM IMPERIUM. Ibid.

Vel: SOCIAM VOCAT IN CONSORTIA REGNI.

353.

Et: Pons pluribus arcubus impoſitus utramque Ripam conjungens. L. FACIT UTRAQVE UNUM. Men.

354.

Et: Magnes (*Gallicè Aymant*) L. MAJESTAS ET AMOR FECERUNT NOMINA. Men.

CCCLV.

Margarethæ Auſtriacæ Philippi III. Sponſæ. Aquila Solem intuens. L. VIVO EX LUMINE. Mediolanenſes.

Vel: SOLA SUI FERT LUMINA SOLIS. Syll. Men.

356.

Et Luna. L. UNA SOLI. *Scitè dictum eſt à Viro Docto:* Neque hic eſſet Sol, niſi Solus: neque hæc eſſet Luna, niſi una. Idem Ibid.

357.

Conjugium Auſtriaco-Medicæum Mariæ Magdalenæ Auſtriacæ, & Coſmi Principis Hetruriæ. Scutum inſignitum Teſſerâ Auſtriacâ, & Medicæâ ſex Pomorum. L. CEDAN GLI ESPERIJ A QVESTI A CUI M' INCHINO. *Cedant Heſperidum poma, quibus ipſa cedo.* Men. Carrous.

358.

Et: Aquila: Sidus. L. FIXAQVE RESPICIT AUSTRUM. Mediolanenſes *Anno 1599. augurántes Imperium fatis debitum Domui Auſtriacæ.*

CCCLIX.

Inter Regem Luſitaniæ, & Aumaliam; ante hujus è Gallia diſceſſum. Flos Mali punicæ. L. AGUARDO MI CORONA. *Coronam meam exſpecto.* Apud Bohour.

360.

Sabaudo-Gallicum. Scutum Ancile, cui Liliorum flores inſculpti. L. PRÆSIDIUM ET DECUS. *Ex Horat.* Theſaur.

Vel: TUTELA DECUSQVE.

361.

Et, gemina ſceptra Nodis, quos *Lacs d'Amour* apellant, & Oleæ ramuſculo colligata. L. PACE.

362.

Eadem ijsdem Nodis, & Lauro revincta. L. ET BELLO. Men.

CCCLXIII.

Nodi multiplices duas Coronas inter ſe connectentes. L. DAT VARIOS NEXUS. *E Claud.*

Vel: VINCULA PORTET AMOR. *E Tibullo.*

Vel: VINCULA QVÆ MANEANT SEMPER. Idem.

364.

Eidem Nodo jam Palmis, jam Lauro, & Adamantibus evincto inſcripſit earundem nuptiarum occaſione Abbas Theſaurus. L. IN MUTUA FOEDERA.

Vel: NEC FULMINA SOLVENT.

Vel: NEC FERRO NEC IGNI.

365.

Duæ Coronæ Cæleſtes: ſingulæ novem Stellis compoſitæ. L. NOVENO SIDERE SPLENDENT. *Quia Ludovicus IX. & Amedeus itidem IX. inter SS. relati.*

366.

Et: Signum Piſcium, *quos, ut volunt Aſtronomi, Vinculum colligat, dictum: Nodus cæleſtis. Componitur autem è Stellis duodecim.* L. SIDERA NOS DUODENA LIGANT. *Nempe iſta Sabaudiæ cum Galliâ conjunctio erat duodecima. Idem Nodus eſt Amoris, quia hic cum Matre in Piſces transformatus, ſic effugit Gigantem Typhoea. Ut eſt in fabulis.* Men.

367.

Sceptrum Gallicum Lilio faſtigiatum. L. FLORVM REX REGUM FLOS. Theſaur.

368.

Pro Sponſa. Lilium in oppoſito ſpeculo apparens. L. INTAMINATIS FULGET HONORIBUS. *Ex Horat.* Idem.

CCCLXIX.

Sol cum duplici Iride. L. QVESTA POMPA SI DEVE AI RAGGI MIEI. *Hæc Pompa eſt radiis debita noſtris.* Men.

370.

Et: Genus Lilii, quod varietate colorum Iridem quodammodo repræſentat, & hinc nomen accepit. L. FACIES APERITUR OLYMPI. *Ex Silio.* Theſaur.

371.

Aquila Solem intuens oculis irretortis. L. MENTRE MI RISCHIARA I' GODRO SUA VISTA. *Quo illuſtror Perfruor.* Idem.

372.

Pro Sponſo Principe. Rex Apum in Lilio. L. DOLCE ALBERGO MI DA NEL SUO CUORE. *Dulce mihi Hoſpitium in Corde præbet ſuo.* Idem.

373.

Lilium candidum cum filamentis croceis. L. EX NIVE FLAMMA. Idem.

374.

Luna. L. JE REFLECHY SUR VOUS L'ECLAT DE MON EPOUX. *Vobis ſplendorem mei ſponſi impertior.* Men.

CCCLXXV.

Inter Ducem Neoburgicum Philippum Wilhelmum, & Annam Cath. Conſtantiam Sigismundi III. Poloniæ Regis filiam. Pro Sponſo. Leo. L. FORTES CREANTUR FORTIBUS. *Ex Horat.*

CCCLXXVI.

Pro Sponſa. Aquila. L. NEC IMBELLEM PROGENERANT. *Ex eodem.*

377.

Item Leo cum Leunculo. L. RUGITU EXCITAT. Ap. Piccin.

378.

Et: Aquila Pullum Soli oſtentans. L. AD SOLEM PROBAT. Men. in Syll.

379.

Summam in conjugio ſuo felicitatem reponens. Phœnix in pyrâ ſuâ flores inter, & palmas ardens. L. PIU FELICE DI ME NON VEDE IL SOLE. *Beatiorem me non aſpicit æther.* Menet.

380.

Conchylium Margaritiferum, cujus valvæ, ſeu integumenta æqualia. L. PARITATE FELIX. Idem.

381.

Pari nupta Principi. Heliotropium ad Solem reſpiciens. L. NON INFERIORA SECUTUS. Margarita Henrici II. Conjunx. *Solœciſmum hunc grammaticum ob generis diverſitatem notant Moynius, & Bohourſius: inſectamur nos quoque Serm. V. Num. 17.*

CCCLXXXII.

In Mariti familiam tranſiens, ejusque deinceps nomine appellata. Fluvius in alium majorem incidens. L. PERDE IL NOME MA CRESCE. *Amiſſo Nomine Creſcit.* Men.

Vel: SOCIATA POTESTAS.

383.

Conjugi fida, ejusque unicè amans. Heliotropium. L. ILLI SOLI SERVO FIDEM.

384.

Et: Cerva cum affixâ pectori tabellâ, cui inſcriptum. L. NISSUN MI TOCCHI. *Nemo me tangat.*

Vel: CÆSARIS SUM. Bona Sfortia Sigiſmundi Poloniæ Regis Uxor. Apud Typot.

*Vide Claſſe III.* AMOR CONJUGALIS. AMICITIA.

# E.

## EQUITES.

CCCLXXXV.

Aurei Velleris. Vellus Arietis Phryxęi è Torque, qualis ejus Ordinis eſt, dependens. L. PRETIUM NON VILE LABORUM. Apud. Typot.

Vel: ORNATQUE TEGITQUE.

CCCXXXVI.

Et : Silex cum chalybe. L. ANTE FERIT QUAM FLAMMA MICET. *Symbolum primævum hujus Ordinis, cùm à Philippo Bono, Duce Burgundiæ, primùm eſſet inſtitutus* A.M.CDXXX. *Id quod etiam ejus Tumulo inſcriptum Epitaphium indicat :*

POUR MAINTENIR L' EGLISE QUI
EST DE DIEU MAISON,
J' AY MIS LE NOBLE ORDRE QU' ON
NOMME LA TOISON.

Typot. & Syll. Men.

387.

S. Andreæ. Carduus Spinoſus. L. JE DEFENS. *Pro meâ Defenſione. P. Petraſancta aliud illi Lemma tribuit :* NEMO ME IMPUNE LACESSET. *Sed illud antiquius eſt, & Achajo Regi Scotiæ* Anno DCCCIX. *uſurpatum.* Apud Bohours.

388.

Et : Idem Carduus. L. NUL NE S' Y FROTTE. *Nemo ſe affricet. Fuit hoc cujusdam Regis Navarræ.*

Vel : ME NEMO IMPUNE LACESSET.

389.

S. Jacobi. Conchylium Cruce in modum Gladij conformatâ ſignatum. L. VIRTUTIS PRETIUM. Saavedra.

CCCXC.

S. Michaëlis. Torques è Conchis marinis : cum hujus Archangeli Imagine. L. IMMENSI TREMOR OCEANI. Apud Moyn.

CCCXCI.

Ordo Equeſtris: dictus à Stella. Stella ſudo Cælo ſplendens. L. MONSTSRANT REGIBUS ASTRA VIAM. Joann. Valeſio, *qui à Pontifice Cruce ſignatus fuerat adverſus Saracenos.* Apud Bohours.

CCCXCII.

Equitum Senenſium, eâ tempeſtate Regi Galliæ addictorum. Apes aculeos ſuos exerentes. L. PRO REGE EXACUUNT. Ibid.

Vel : AMORE TUENTUR ET ARMIS. Ibid.

CCCXCIII.

Equites Levis armaturæ. plures Tubuli papyracei accenſi. L. CELERES ARDORE.

Vel : ACCENDIMUR ET SURSUM FERIMUR. *Quod etiam in illuſtri domo natos convenit.* Syll. Men.

394.

Animati Regis ſui, vel Ducis Exemplo. Aquilæ plures fixis in Solem oculis. CRESCUNT VIRES ANIMIQUE VIDENDO. P. La Rüe.

CCCXCV.

Et: Nubes : mutuo concurſu fulgura exprimentes. L. PUGNANDO CORUSCANT. Ibid.

396.

Et : Volucres in aëre concertantes. L. ANIMIS ET VIRIBUS. Ibid.

CCCXCVII.

Equites Gravis Armaturæ Delphini. Delphines commoto fluctibus mari inſultantes, quaſi per ludum. L. PERICULA LUDUS. Apud Bohours.

CCCXCVIII.

Condæani. Ignis ardere incipiens. L. SPLENDESCAM DA MATERIAM. Apud eundem.

399.

Expeditio Bellica cauta, & adverſus omne diſcrimen communita. *Ambianenſis Henr. IV.* Ericius. L. UNDIQUE TUTUS. Idem.

CD.

In Rheni trajectu. Canes Cervum è fluvio in ripam evadentem inſequentes. L. ARDORE SEQUENDI. Theſes Turen.

CDI.

Et: Columna Hebræorum. L. INSUETUM PER ITER. Meneſt.

402.

Et: Nubeculæ conglobatæ, ac radijs ſolaribus circumdatæ. L. PER INVIA DUCIT. Theſ. Turen.

403.

Et: Globi è tormentis bellicis trans flumen evibrati, & in aëre pendentes. L. NOS SUSTINET IMPETUS. Theſ. Turen.

404.

Et: Pyroboli è mortario exilientes. L. ACRIUS EXILIENT. Ibid.

CDV.

In Batavorum Urbes, & Arces. Ventus plures arbores evertens. L. TRANSCURRENS EGIT. *Quia breviſſimo*



*temoore plures illarum in poteſtatem redactæ fuerunt.* Ibid.

CDVI.

Et: Fluvius ſuper aggerem effuſus. L. RAPIDUS PRÆTERMEAT. Ibid.

CDVII.

Item: Rete piſcibus plenum, & ad terram tractum. L. QUOS JACTU INTERCIPIT UNO. Ibid.

408.

Et: Magnes ſuſpenſos plures Annulos attrahens. L. VIM VINCLAQUE NORUNT. Ibid.

409.

In Burgundos, captâ Veſontione. Vellus Aureum ex arbore pendens, extincto propè Dracone Cuſtode. L. CUSTODIA NULLA TUETUR. P. La Rüe.

Vel: VICTORIS SPOLIUM.

Vel: ET MAJOR JASONE VINDEX.

CDX.

Hyemali tempore ſuſcepta expeditio. Ætna ardens, latè ſparsâ per campos nive. L. FRIGORA NIL OBSTANT. Theſ. Turen.

CDXI.

Et breviſſimo tempore confecta. Sol Nives diſſolvens. L. EST VIDISSE SATIS. P. La Rüe. Ibid.

CXII.

Et: Laurus vigens, & virens ſub ſigno Capricorni. L. ET BRUMAM ET FRIGORA CONTRA. P. La Rüe. Ibidem.

413.

Aqua Calci vivæ injecta. L. EXCITAT ARDOREM. Ibid.

414. Bu-

414.

Buxus prope aridam arborem, & in mediis nivibus. L. VIVIDIOR DUM CUNCTA RIGENT. Ibid.

CDXV.

Expeditiones Bellicæ celeritate felices. Fulmen in Columnam incidens, eamque infra dimidiam ſui partem infringens. L. SONITU PRÆVERTITUR IGNIS. P. La Rüe.

416.

In Belgium Hiſpanicum. Turres, & Caſtella à Sole penetrata. L. MIHI NON IMPERVIA. Apud Bohours.

Vel: CULMINA SUMMA PETENS.

417.

Simulato longiore circuitu, repentè ad obſidendam urbem converſæ. Brachium fundam gyrans. L. CIRCUMACTA VALIDIUS.

CDXVIII.

Et: Circinus orbem, ſeu circulum deſcribens. L. INCERTUM UNDE INCIPIAT. Theſ. Turen.

CDXIX.

Et: Sol in Zodiaco inter Arietem, & Taurum. L. OBLIQUO TRAMITE.

CDXX.

Intermiſſæ nonnihil per Inducias, vel Pacem haud diu duraturam. Arma, ceu Trophæum, ex Arbore ſuſpenſa. L. ET SUSPENSA METUM FACIUNT.

421.

Victrices licèt. Navis collectis velis, & jactis Anchoris, ad littus religata, ſpirante à puppi Vento. L. AURA LICET FAVEAT.

CDXXII.

Et: Currus ad metas deflectens. L. ET SI FERAT IMPETUS ULTRA.

CDXXIII.

Columnæ Herculis. L. ULTERIUS CUM POSCET HONOS. Ibid.

# F.

## FEMINA PRINCEPS.

CDXXIV.

Anna Auſtriaca Virtute præſtans. Malum Punicum. L. MI PRECIO NO ES DE MI CORONA. *Eximiam non me ſola Corona facit.* Apud Bohours.

CDXXV.

Non magis formâ, quàm Gravitate, ac Majeſtate conſpicua. Frutex Roſarum. L. TERRETQUE PLACETQUE. Moyn.

CDXXVI. & CDXXVII.

Eadem Symbolo Duplici expreſſa. Sol. L. 1. BELTA CHE OGNI ALTRA ECCEDE. *Formis formoſior omnibus.*

L. 2. Cum eâdem figurâ. VIRTU CHE OGNI ALTRA AVANZA. *Nil Pulchrius, Nil validius.* Vel: *Forma, & virtus miſcentur in unum.* Syll. Men.

428.

Roſa in ſuo ſtipite ſpinis horrente. L. ETIAM ARMATA PLACET. Idem.

429.

Potens vel in Regem, ad omnia ſua Vota pertrahendum. Jaculum. L. CONSEQUITUR QUODCUNQUE PETIT. *Ex Ovid. Metam.* Dianæ Pictavienſis, Ducis Valentinæ, *cujus in Teſſerâ eſt Jaculum.* Apud Bohours.

430. Chri-

430.

Chriſtinæ Francicæ. Adamas. L. ECLAT ET FERMETE. *Decus, & Conſtantia juncta eſt.* Ibid.

CDXXXI.

Anna Momorantia etiam in ſenectute vigorem animi, & formæ retinens. Malus Aurea pomis, & floribus exornata. L. NIL MIHI TOLLIT HYEMS. *Non probatur Bohourſio, qui refert.*

CDXXXII.

Felix Urſina gloriam nomini ſuo immortalem augurans. Urſa Minor, ſeu Cynoſura. L. SINE OCCASU FELIX. Men. in Syll.

433.

Princeps egregiæ formæ, ac famæ integerrimæ. Geſminum formam ſtellæ referens, & odoris fragrantiâ præſtans. L. CANDORI DECUS ADDIT ODOR. Moyn.

CDXXXIV.

Eadem formoſa, caſta, & amantium inſidijs inacceſſa. Lilium. L. E CÆLO MIHI CANDOR. Idem.

435.

Et moribus inſuper ſuaviſſimis. Cariophyllum coronarium, Flos. L. COR OCULOSQVE JUVAT. Moyn.

CDXXXVI.

Et: Iris. L. CHI VI MIRA VI LODA. *Qui videt; & laudat.*

437.

Etiam in morbo Formæ ſuæ decus conſervans. Sol in Eclipſi. L. E PUR LE OSCURA TUTTE. *Luce premit tamen omnes (& Stellas, & feminas.)* Apud Bohours.



438.

Raris, & ſingularibus dotibus ornatâ. Cometa. L. A PENAS UNA EN UN SIGLO. *Unam vix ſingula sècla. Animadverte, Cometam Hiſpanis, ut Italis quoque, eſſe femininum: ideoque illis Symbolum, ejusque Lemma aptius eſſe, quàm Latinis.*

439.

Omni Virtutum genere perfecta. Corona ex varijs floribus contexta. L. OMNIS IN UNA.

Vel: VINCIUNTUR UT VINCANT. Duci Aguilloneæ. Moyn.

CDXL.

Regijs Parentibus orta: & in ſpem regni nata. Malum Punicum. L. MEA MECUM NATA CORONA EST. Moyn.

CDXLI.

Et Margarita è Conchâ tralucens. L. DECUS ALLATURA CORONÆ. *Margarita Sabaudæ, Principi Parmenſi nuptæ.* Meneſt. & Apud Bohours.

442.

Et: Unio in ſuo Conchylio. L. DAL SENO DELLA MADRE ALLA CORONA. *E Matris ſinu ad Coronam.* Meneſtr. *Apud Italos ſingularem gratiam habet, qui Concham margaritiferam vocant* Madre perla. *Ut & Germani* **Perlmutter.**

CDXLIII.

Clariſſimi Principis Filia. Iris. L. OMNIA SOLIS HABET. Men.

CDXLIV.

Conſtans, & Inexpugnabilis. Rupes in mari: aſſilientibus undique fluctibus. L. CONANTIA FRANGERE FRANGIT. *Victoriæ Columnenſi.* Apud Bohours.

445.

Et : Vaſculum Sinenſe ( *Porcelaine* ) è fornace eductum. L. LA FIAMMA ALLA BELTADE AGGIUNGE UN FREGGIO. *Formam Flamma intendit.* Men.

446.

Femina Princeps, & Mater : Liberûm ſuorum Educatrix. Phoſphorus, Solis Prodromus. L. ILLUC ITER QUO OSTENDAM. E Pſalmo.

CDXLVII.

Et : Aquila pullos ſuos ad Solem educens. L. CÆLESTES DOCET IRE VIAS.

CDXLVIII.

Vel : Eadem expanſis alis pullos protegens. L. FOVET ATQVE TUETUR. Idem.

449.

Fratrem morte ſublatum lugens. Eclipſis Lunæ. L. RAPTO FRATRIS LUMINE DEFICIMUS. Ammirati. *Sed à Bohourſio ſic emendatum.*

CDL.

In Partu defuncta. Eclipſis maxima Lunæ, cùm plena eſt. L. DEFICIO CUM PERFICIOR. *Duci Avenionenſi.* Moyne.

451.

Et : Vipera moriens in erumpentis prolis, exortu. L. POUR TE DONNER LA VIE JE ME DONNE LA MORT. *Ut vivas Morior.* Apud Belam.

CDLII.

Sine prole defuncta, & à ſuperſtite Marito nihilominus amata. Buxus, ſeu Palma Belgica infecunda. L. NOSTRA VEL IN TUMULO. Ludovicæ Lotharingicæ Henrici III. Conjugi. Apud Typot.

453.

Princeps Vidua fruſtrà ab alijs ad nuptias expetita. Amaranthus flos, *quem Herbarij florem Amoris appellant.* L. NON MORITURA. Apud Bohours.

454.

Femina Illuſtris, & Caſta ; & adverſus Amorem invicta. Papaver. Flos. L. FRIGUS INEST CORDI. Moyn. *Alludit ad ſpeciem, & vim frigidam Papaveris.* Moyn.

CDLV.

Caſta, & mitis. Lilium ſerpentes fugans. L. FUGAT NEC PUNGIT. Idem.

CDLVI.

Amata, non Amans. Speculum cauſticum, conceptum à Sole ignem in lignorum ſtruem jaciens. L. URIT ET ALGET. Idem.

CDLVII.

Et : Stella Polaris acum in pyxide Nauticâ ad ſe convertens. L. FRIGETQVE TRAHITQVE. Idem.

CDLVIII.

Eadem, Caſtitatis eximiæ. Speculum terſum, & purum. L. POR MI LIMPIEZA ME QVIEREN. *Candorem meum amant.* Apud Bohours.

459.

Virtute ſuâ ſe muniens adverſus procorum inſidias. Bombyx calathiſco ſuo ſe involvens. L. IN ME M' INVOLGO. *Meâ me Virtute involuo.* Apud eundem.

CDLX.

Fruſtra ſolicitata. Scopus marmoreus, ad quem multæ ſagittæ diriguntur, quarum aliæ non pertingunt, aliæ repercuſſæ, & infractæ decidunt. L. O NO LLEGAN O SE QUIEBRAN. *Aut non perveniunt, aut retunduntur.* Ibidem.

461.

Valdè moderata, & in exigendis ad Virtutis normam actionibus ſuis accurata. Horologium parvum gemmis diſtinctum. L. DE MI REGLA MI VALOR. *E Recto Pretium.* Ibid.

462.

Formoſa, & Ægra. Sol ab Eclipſi propè totus interceptus. L. VEL SIC URIT. Moyne.

463.

Et: Roſa Vento inclinata. L. HERMOSA MAS PENADA. *Formoſa, ſed afflicta.* Idem.

CDLXIV.

Ægro corpore, ſed mente valens. Libra, ſeu Bilanx, cujus lanx una depreſſa, altera ſublimis. L. HINC DEPRIMOR ERIGOR ILLINC. Apud Bohours.

465.

Et: Luna in Eclipſi. L. MENS ÆGRAM SUSTINET INGENS. Moyn.

CDLXVI.

Doloris patiens ob ſpem recipiendi à Deo præmij. Lapis in Stagnum incidens plures orbes format. L. FERISCA PUR CHE CORONI. *Feriat dum coronet.* Apud Bohours.





467.

Hilari ſemper, placidoque vultu. Saphirus blandam ſemper Cæli faciem referens. L. TOUSJOURS SERAIN. *Semper ſerenum eſt.* Theſaur.

CDLXVIII.

Inornata, & ſine fuco. Unio, ſive Margarita. L. SIN ARTIFICIO HERMOSA. *Pulchra ſine Arte.* Idem.

469.

Gratiâ potiùs, quàm formâ illex. Electrum feſtucas ad ſe rapiens, ut Magnes ferrum. L. NON HA MOLTA BELLEZZA E PUR ATTRAHE. *Formoſa non eſt, & tamen trahit.* Idem.

470.

Nec in ætate devexâ ſuâ formâ deſtituta. Smaragdus colore viridi. L. LA EDAD NO MENGUA EL VERDE. *Non minuit Virorem ætas.* Idem.

471.

Inamænum, vel etiam Barbarum nomen habens. Turchoſa Gemma per maris Caſpij, vel Caucaſi montis accolas primùm allata. L. NON HA DI FIERO ALTRO CHE IL NOME. *Si Nomen demas, nil feritatis habet.* Idem.

*Vide Claſſe III.* FEMINA. FORMA. VIDUA.

# FIDES.

CDLXXII.

In Regem. Ludo Equeſtri repræſentata. Heliotropium ad abſentem, vel nubibus tectum Solem ſe vertens. L. NOTA FIDES. Lud. Vindocin.

Vel: UNI. Vel: SOLI SOLI. Theſaur.

Vel: MIHI JUS CONCURRERE SOLI.

Vel: SPLENDOR AB OBSEQVIO. Ibidem.

Vel: SEQVAR TE QVOCUNQVE IERIS. Men.

Vel: alterius. ASPICE UT ASPICIAR.

473.

Et: Inſula in medio Mari. L. NON FLUCTUAT. Ibidem.

CDLXXIV.

Pyramis Ægyptia. L. MOLE SUA STAT. Ibidem.

CDLXXV.

Globus, ſeu Sphæra Mundi. L. PONDERIBUS LIBRATA SUIS. Ibidem.

476.

Nymphæa, ſeu Lilium paluſtre. L. SOLO AL SOLE. *Soli Soli.* Men. Carrous.

477.

Rupes inter aſſilientes procellas maris. L. MANET ÆTERNUMQVE MANEBIT. *Reſpexit ad ſuum nomen Dux de Rochefort, ſeu Rupefocaldius: cujus id fuit Symbolum.* In Lud. Vindocin.

478.

Navis in alto Mari. L. CÆLUM NON ANIMUM MUTAT. *Et hic munus ſuum innuebat: Præfecti videlicet Regijs Triremibus, Comes Dampierius. Sed hoc Symbolum indicato in carmine vitio laborat, quòd* Animus Navi non conveniat.

CDLXXIX.

Aqnila Solem verſus evolans. L. UNI MILITAT ASTRO. Ibid.

Vel: FIDELIS ET AUDAX.

Vel: HINC FORTIOR IBIT IN HOSTEM.

CDLXXX.

Pyxis Nautica, cujus lingua Polum reſpicit. L. TIBI VERTITUR UNI. Menet.

CDLXXXI.

Examen Apum Regem ſuum ſequens. L. HÆRET EUNTI. *E Rutil. Gallo.* Idem.

CDLXXXII

Civitatis, quo tempore plures aliæ defecerant: *Illius verò Inſigne erat Stella.* Stella matutina Solis comes. L. SOLI FIDA SUO.

CDLXXXIII.

Et: Stella Polaris: utpote punctum fixum à Mathematicis appellatum, circa quod Cælum movetur. L. STO DUM CUNCTA MOVENTUR.

CDLXXXIV.

Sol: apparentibus nonnihil propioribus aſtris. L. TU DECUS OMNE TUIS. *E Virg.* Idem.

485.

In omni fortunâ. Phoſphorus, & idem Heſperus. L. EOI OCCIDUIQUE COMES.

Ideo in Principis ſui adventu Fidem, lætitiamque ſuam teſtata. Pons plurium arcuum. L. PANDO TRIUMRHALES ADITUS. Idem.

CDLXXXVI.

Belli Ducis. Horologium Solare, ſciathericum. L. OBSERVATA SEQVOR VESTIGIA. Epicœd. Turen.

Vel: UNDIQVE FIDUS. Apud Belam.

CDLXXXVII.

Falco Avem unguibus tenens. L. NON SIBI SED DOMINO. *Conveniebat maximè magno Duci de Corduba poſt occupatum à ſe Regnum Neapolitanum; etſi Rex Ferdinandus eum ſuſpectum habuerit.* Apud Bohours.

488.

Pullus Aquilæ Solem verſus evolans. L. ARDUUS AD SOLEM. Epicœd. Turen.

CDLXXXIX.

Adminiſtri Regij, qui conſilia, mentemque ſuam uni Regi aperit. Serpens in plures ſpiras convolutus, affulgente Sole. L. UT SE SOLI EXPLICET UNI. Men. & Bohour.

*Vide Claſſe III. voce* FIDELITAS.

# I.

# INAUGURATIO ET INFANTIA.

*Principis ſeu Regis-Vide infra in voce* NATIVITAS.



# M.

# MAGNANIMITAS.

CDXC.

Rebus adverſis exercita, ſed invicta. Excelſa Rupes à Ventis impetita. L. PERFLANT ALTISSIMA VENTI. *Margaritæ Auſtriacæ Philiberto Sabaudo nuptæ.* Theſaur. *Ex Ovid.*

CDXCI.

Et: Chriſtinæ Francicæ. Adamas. L: PLUS DE FERMETE QVE D'ECLAT.

Vel: PIU FORTE CHE CHIARO. *Fortior, quàm Clarior.* Meneſt.

CDXCII.

Card. Antonij Barberini. Aquila inter turbati Cœli fulgura. L. NEC METUENDA TIMET. Bovius.

CDXCIII.

Caroli, *cognomento* Boni, *vel Emmanuelis Philiberti: Ducis Sabaudiæ poſt amiſſam magnam ſubditæ ſibi Provinciæ partem.* Gladius armatâ dextrâ ſtrictus. L. SPOLIATIS ARMA SUPERSUNT. Theſaur. *Ex Typotio, apud quem idem Lemma inſcribitur Trophæo.*

Vel: *Ut eſt in Arbore Genealogica horum Ducum:* ET ARMA ET JURA SUPERSUNT.

CDXCIV.

Henrici II. Plenilunium. L. CUM PLENA FIT ÆMULA SOLIS. Apud Typotium.

495.

Ejusdem tres ſemi Lunæ inter ſe complicatæ. L. DONEC TOTUM IMPLEAT ORBEM. Ibid.

CDXCVI.

Pontificia. Leo in agro ſolus. L. CUM GREGE NON GRADITUR. Innoc. XI. *cujus Inſignia Leonem præferunt ambulantem.* Bovius.

497.

In rebus difficillimis pervincendis. Arx munita, ſeu Caſtrum S. Angeli Romæ. L. ROBUR AB INTIMO. Innocent. X. Idem.

*Vide etiam alia in voce :* PRINCEPS.

## MAJESTAS.

CDXCVIII.

Domûs Auſtriacæ: Armata. Adamas, *quem naſci acuminatum vult P. Alcazar.* L. NEC DEFICIT ARMIS. Abb. Weberus. *Domui Auſtriacæ.*

Vel: NUNQVAM SINE MUCRONE.

CDXCIX.

Et: Corona Regia. L. DEBEO SPLENDOREM FERRO. Men.

D.

Et: Aquila cum fulmine. L. PRÆSIDIUM MAJESTATIS. Saavedra.

DI.

Et: Fulmen arborem feriens, inclinatis juxtà arundinibus. L. MICAT EXITIALE SUPERBIS. Periſtrom. Regia.

DII.

Et: Ventus Arborem radicitus evertens. L. PARCEREM SI FLECTERETUR. Dux Parmenſis.

DIII.

Horologium Sciathericum cum Gnomone ferreo. L. FERRO UMBRAM FACIO. Men in Syll.

DIV.

Gladius. L. MULTORUM JURA TUETUR. Idem.

DV.

Auctoritate ſolâ res maximas conficiens. Echeneis, ſeu Remora Navim in curſu ſuo ſiſtens. L. NON VIS SED VIRTUS. Men.

DVI.

Et: Machina Tractoria. L. REGIT OMNIA PONDUS. Fannius Palæmon, *Libro de Ponderib.*

DVII.

Et: Magnes ferro incluſus, anulos ferreos potentiùs attrahens. L. ARMATO PIU AMATO. *Amatus amatur Amplius. Alludit ad vocem Gallicam* AYMANT. *De qua dictum eſt alibi.*

508.

Grus Lapidem pede ſuſtinens. L. PONDERE TUTIOR. Syll. Men.

DIX.

Sol: L. JE N' AY D' ECLAT QVE DE FAIRE DU BIEN. *Mea nam Lux omnis in uſu eſt.* Men.

DX.

Fax ardens. L. MIHI SPLENDOR UTILITAS ALIJS. Men.

DXI.

Magnificentia Pontificis Alexandri VII. in Theatro Templo S. Petri præſtructo. Idem Amphitheatrum pro figura eſt cum L. NON EST MORTALE QVOD AMBIT. Bovius.

DXII.

Clementis IX. Pontem Ælium marmoreis Angelorum ſimulachris Paſſionis Dominicæ inſtrumenta ferentium

tium exornantis. Idem Pons ita repræſentatus. L. DUCIT ET DOCET. Idem.

DXIII.

Principis Amadei I. Sabaudi, in aſſeclarum multitudine, ac pompâ : *qui ob eam cauſam Veronæ apud Henricum II. Imperatorem Cauda fuit appellatus.* Pavo explicatâ caudâ. L. EST MIHI CAUDA DECUS. Men.

DXIV.

Comitis Viridis itidem Sabaudi, in ornatu Veſtium. Nummus ad Lapidem Lydium exploratus. L. DE MI COLOR MI VALOR. *Pretium Color indicat.* Idem.

DXV.

Moderatio Principis in continendis in officio civibus Nodus Amoris, ſeu Sabaudicus : laxus nec omninò adſtrictus. L. STRINGE MA NON CONSTRINGE. *Stringit, ſed non conſtringit.* Thomæ I. Sabaudi. Men.

DXVI.

Modeſtia, & Humanitas Principis. Lilium vertice aliquantùm curvato. L. NON DISDICE ALL' ALTEZZA IL CAPO CHINO. *Non dedecet altos Vertex demiſſus.* Men.

*Vide etiam infrà* PRINCEPS. REX.



# MORS ET FUNEBRIA PRINCIPUM.

DXVII.

Philippi II. Hiſpaniæ, & Indiarum Regis morientis in ſuorum, quos ad ſe admitti optavit, conſpectu. Sol in Eclipſi. L. SPECTANTES PATITUR. Syll. Men.

DXVIII.

Idem Sol Oceanum ſubiens. L. UT ALTERUM NUNC ORBEM. Ibid.

519.

Relicto Hærede. Sol occidens Parelium in nube deſcribens. L. NON DEFICIT ALTER. Ibid.

Vel : IN PROLE SUPERSTES. Men.

DXX.

Philippi III. Sol occidens, apparentibus Stellis. L. DIGNUM NEC SIDERA FUNUS : intellige *Apparant.* Ibidem.

DXXI.

Philippi IV. Cometa. L. MUTAT REGNA NON AUFERT. Ibid.

DXXII.

Aquila in Cælo : Fulmine armata. L. INDE TIMENDA MAGIS. Mediolanenſes.

DXXIII.

Et : Sol occidens. L. NIGRESCUNT OMNIA CIRCUM. *Ex Virg.* In exequijs eidem Mediolani perſolutis.

DXXIV.

Mors Guſtavi Sueci in pugnâ Luzenſi cæſi, obtentâ Victoriâ. Elephas Draconem, à quo vulneratur, caſu ſuo oppri-

opprimens. L. ETIAM POST FUNERA VICTOR. Apud Bohours.

DXXV.

Margaritæ Auſtriacæ. Sol occidens. L. ALUMBRA EN OTRO CIELO. *Alteri Cælo lucet.* Syll. Men.

526.

Victoris Amedei. Corona Laurea. L. DEBITA VICTORI. Men.

DXXVII.

Iſabellæ Reginæ Hiſpaniæ, altricis egenorum. Fax extingui occipiens. L. EADEMQVE UTRIUSQVE RUINA. Ibidem.

DXXVIII.

Margarethæ itidem Hiſpaniæ Reginæ. Aquila ſupra nubes elata, & ulteriùs provolans. L. UBIQVE REGNATURA. Ibidem.

DXXIX.

Et: Eadem Aquila ad Solem nebulis nubibusque involutum ſubvolans. L. MIHI FRUSTRA. Ibid.

DXXX.

Et: Urſa, Sidus. L. VERTITUR NON OCCIDIT.

DXXXI.

Margarita extra ſuum Conchylium. L. DESERUISSE JUVAT MARE. Apud Bohourſium, *cui non admodùm probatur.*

DXXXII.

Et: Stella ſcintillans, ideoque cadentis ſpeciem referens. L. CECIDISSE VIDETUR. Apud eundem.

DXXXIII.

Delphinæ Francicæ. Corona Ariadnes, Sidus. L. NOVUM DECUS ADDITA CÆLO. Ibid.

534.

Beatæ Reginæ â ſummâ modeſtiâ celebratiſſimæ. Sol per nubem fulgens. L. ETIAM TECTUS MICAT. *Sed genus non convenit ambobus.* Idem.

DXXXV.

Henriettæ Reginæ Angliæ, poſt vitam ſatis obſcuram. Tubulus pyrius in aëre ſplendens. L. QVÆSIVIT CÆLO LUCEM. Apud Bohours.

DXXXVI.

Chriſtinæ: Parentis Emmanuelis II. Sabaudiæ Ducis, *quam ſtatim ſecuta eſt ejus Nurus Franciſca Gallica.* Navis grandior Cymbam minorem ponè trahens. L. MAJOR MINOREM. Theſaurus.

DXXXVII.

Reginæ in partu extinctæ. Aurora. L. DUM PARIO PEREO. *Margarita Auſtriæ.* Apud Bohours.

538.

Et: Viola languens, & exareſcens. L. NEC JAM MATER ALIT TELLUS. *Ex Virg.* P. L' Abbé.

DXXXIX.

Alterius Principis Sabaudæ, paullò poſt amitam ſuam defunctæ. Stella Veſpertina cum occidente Sole occidens. L. COMITATA CADENTEM. Syll. Men.

540.

Cardinalis Infantis Auſtriaci. Luna in medio Stellarum. L. SIDEREÆ CEDUNT ACIES. *Ex Claud.* Syll. Men.

DXLI.

Alterius Cardinalis. Roſa languens. L. VITAM NON PROROGAT OSTRUM. Raulin.

542.

Philippi I. Sabaudiæ Ducis multis ærumnis exerciti. Arca Noëmica, ſubſidente Diluvio, in montibus Armeniæ firmata. L. VEXAVIT ET EXTULIT. (*Diluvium intellige.*) P. Juglaris.

543.

Alterius Princ. Sabaudi Mors ab ipſo prænunciata. Phœnix in ſuâ Pyrâ. L. IPSE SIBI BUSTUM PARAT. Syll. Men.

DXLIV.

Franc. I. Ducis Eſtenſis. Arbor arida, è cujus trunco plures ſurculi conſurgunt. L. POSTERITATE SUA FRUITUR.

Vel: VICI MEA FATA SUPERSTES. *Ex Virg.* P. Gambertus.

545.

Caroli I. Sol nebulis infuſcatus. L. NON TAMEN INDE MINOR. Theſaur.

546.

Et: Serpens depoſitis exuvijs. L. PARATIOR. Theſaur.

DXLVII.

Herculis Eſtenſis. Urna, quali apud Veteres mortuorum cineres condebantur. L. TIMETE SUPERI FATA TAM EXIGUUS CINIS HERCULEUS EST. *Ex Seneca.* Syll. Men.

DXLVIII.

Principis Condæi. Tubulus pyrius. L. IT SURSUM DUM VITA MANET.

Vel: EXSPIRAT CUM LUCE.

Vel: VITAMQVE RELIQVIT IN ASTRIS. Syll. Men.

DXLIX.

Duobus relictis filijs. Sol, & duo Parelij. L. GEMINA SE IN IMAGINE PINGIT. Syll. Men.

DL.

Et: Phœnix in ſuo Rogo. L. FINITQVE IN ODORIBUS ÆVUM. Incerti.

551.

Ducis Longavillæi mors pretioſa apud DEUM, ut vita fuerat inter homines glorioſa. Vaſculum odoriferum. (*Gall. Caſſolette*) è quo fumus rectà in Cælum fertur. L. LO SPIRTO AL CIEL L' ODOR IN TERRA. *Cœlo Spiritus Terris Odor.* Bohours.

552.

Et: Flumen in Mare ſe exonerans. L. MAYOR EN SU FINAR. *Major cum deſinit.* Idem.

DLIII.

Principis Naſſovij in curſu rerum, ac ætatis flore intercepti. Sol in Eclipſi. L. MEDIO RADIOS AMISIT OLYMPO. PP. Belgæ.

554.

Principis Turenij tormenti majoris globo perempti. Palma de Cælo tacta. L. QVOT FATA HÆC INVIDERE TRIUMPHOS! In ejus Epicœdio.

DLV.

Turris (*quæ illius Teſſera*) decidens. L. ET DUM CADIT OPPRIMIT HOSTEM. *Ex Lucano.* Ibid. *Sed minùs verè, nam poſt ejus cædem Galli ſe trans Rhenum recepêre.* Ibid.

556.

Papaver nudatum folijs, coronâ nihilominus remanente. L. NON OMNIS MORIAR. *Ex Horat.* Ibid.

557.

Coloſſus Rhodius dejectus, & in partes diſtractus, latè per campos jacens. L. QVIS FUERIT NUNC SCIRE LICET. *Ex Lucano.* Ibid.

Vel : ET JACENS MIRACULO EST. *Ex Plinij L. 7. c. 34. Hiſt. Nat.* Sylv.

558.

Stellæ octo ab occaſu Solis in Cælo apparentes. L. UNIUS OCCASU. *Quia poſt ejus obitum octo Mareſchalli à Rege Galliæ creati fuerunt.* Ibid.

DLIX.

Ducis Cæſarei, Comitis Montecucoli. Cælum Nocturnum, latentibus Stellis. L. CENTUMQVE OCULOS NOX OCCUPAT UNA. *Ex Ovid. Metam. ſignat illius providentiam, & Anagramma :* CENTUM OCULI. In Apelle Symb.

DLX.

Victoris. Plura ſidera ad formam ferarum cæleſtium. L. TELLUS IN CÆLO VIDET QVÆ TIMUIT. *E Senecâ Tragœdo.*

561.

Et : Hercules : Sidus. LOCUM VIRTUS HABET INTER ASTRA. Syll. Men.

DLXII.

Laurus igni impoſita, crepitantibus, & ſcintillantibus folijs. L. DE MI MUERTE MI RUYDO. *E meâ morte mea fama.* Moyn.

DLXIII.

Etiam poſt fata Victoris. Canes à Leone mortuo fugientes. L. FUGAT UMBRA JACENTIS. Idem.

564.

Herois, & claris Majoribus orti. Flamma ſurſum evolans. L. COGNATA AD SIDERA (*tendo.*) Syll. Men.

DLXV.

Sol Occidens, & intercedente nube major apparens. L. MAJOR IN OCCASU. Idem Ibid.

DLXVI.

Fax extxemâ ſui parte, atque ultimùm ardens. L. MORIENDO CORUSCAT. Apud Bohours.

DLXVII.

Archiepiſcopi Senenſis, Aſcanij Piccolominei, *cui pro Teſſerâ gentilitia eſt Lunæ Quadrans.* Eadem Luna in conjunctione cum Sole. L. AT CÆLO FULGET. Apud eundem.

DLXVIII.

Abbatis Verij, *qui fuit frater Comitis de Creſſy Oratoris Gallici in Comitijs Ratisbonenſibus, & ſubinde Legati ad Pacificationẽ Ryſuicenſem.* Fax magna vehementer ardens, ac propè conſumpta. L. MAS VIDA SI MENOS LUZ. *Plus Vitæ, ſi minùs Lucis* (habuiſſet.) *Notat nimiam illius ſtudiorum contentionem &c.* Syll. Men.

DLXIX.

Infantis mox ab ortu extincti. Fulgetra è nube. L. MORIOR DUM ORIOR. Moyne.

570.

Feminæ Illuſtris. Tubulus pyrius in aëre diſſiliens, & ſcintillas tanquam Stellas ejaculans. L. TERRENUMQVE ADDIDIT ASTRIS. D. Charpentier.

571.

Poſt editum eo ipſo temporis articulo inſigne facinus. Fax emoriens, & ſuprémùm, ac clariùs lucens. L. FULSIT AD EXTREMUM. Syll. Men.

*Vide quoque Claſſe I.* MORS BEATA SS. *Et Claſſe III. voce* MORS.

N. NA.

# N.

# NATIVITAS ILLUSTRIS.

DLXXII.

Principis Hiſpaniæ. Sol Oriens. L. NASCENDO AVIVA. *Naſcendo vivificat.* Apud Bohours.

DLXXIII.

Delphini. Delphin Cæleſtis prope Galaxiam, partem ſereniorem Cæli. L. CANDOREM CUM LACTE BIBIT. Men.

Vel: ME SIDERA FORMANT. Idem.

DLXXIV.

Nati prope Belli finem. Delphin: *Solitus poſt Tempeſtates conſpici.* L. SEDATIS FLUCTIBUS EXIT. Idem. *Equidem ſic placuit Menetrerio, nam alioqui Delphines, cùm apparent, certi tempeſtatum nuntij habentur à nautis.*

575.

Paternam Gloriam æmulaturi. Delphin ad Littus, in quo pyra lucet accenſa, enatans. L. URGET LUCIS AMOR. Idem.

DLXXVI.

Et: Lucifer cum Sole. L. QVA PRÆIT ISTE SEQVOR.

577.

Ad defenſionem Patriæ, ac populorum nati. Delphin: Agmen Piſcium poſt ſe trahens. L. CÆRULEI TUTELA GREGIS.

DLXXVIII.

In Regni ſucceſſionem. Laurus parvula. L. QVONDAM ERIT APTA CORONIS.





DLXXIX.

Eadem Laurus in coronam flexa. L. A TENERO DIADEMA.

DLXXX.

Et: Roſa clauſa ſuo calyculo. L. NASCENTEM PURPURA VESTIT. Idem.

DLXXXI.

Malum Punicum. L. STIRPEM NASCENDO CORONAT.

DLXXXII.

Corona, quæ Solem cingit poſt diſſipatas nebulas. L. VICTORI DIADEMA PATRI.

DLXXXIII.

Principis multis piorum hominum precibus tandem obtenti. Sol Oriens, cadente de Cælo rore. L. AURORA AB LACRYMIS.

DLXXXIV.

Ludovici XIV. Sol Oriens. L. QUALIS APEX ORTUS TANTI!

Et: L. QVANTUS MERIDIE! Idem.

Et: L. LUX PRÆIT ARDORI. Moyne.

Et: L. IN PUBLICA COMMODA. Men.

L. NONDUM SESE EXPLICAT OMNIS.

L. INGENS VISUS AB AURORA. *E Virg. Apud Menſtr: ſed eſt* D. de Montmor.

L. MOX URET.

L. HILARATUS AB UNO. Men.

585.

Sol Oriens, fugientibus ſtellis. L. OMNES DELENTUR AB UNO. Apud eundem.

DLXXXVI.

Diu exſpectati Principis. Sol Oriens populis ad Polum habitantibus. L. GRATIOR EX MORA. Syll. Men.

DLXXXVII.

Puellæ Regiæ, ac Regno deſtinatæ. Malum punicum. L. FERT NEC MATURA CORONAM. Apud Bohours. *Lemma reſpicit ad vocem Gallicam Grenade femini generis : clariùs fortè diceretur:* Fert necdum matura Coronam.

DLXXXVIII.

Ejusque Pacificatricis. Columba Noëmica. L. PIGNUS AMABILE PACIS. Syll. Men.

DLXXXIX.

Nativitas Pueri rei tormentariæ Præfecto nati. Aquilæ pullus ex Ovo ſuo prorumpens. L. AD FULMINA NASCOR. Bohours.

DXC.

Infantia, ſeu Pueritia Principis, qui etiamnum in Matris tutelâ eſt, *Minorennem* vocant. Pyxis Nautica, in quâ Lingula in Lilium deſinit: vertiturque ad Urſam Minorem. L. REGITUR A MINORE. Men.

591.

Et Viola: Florum minimus, idemque primus ortu. L. MINOR EST PRINCEPS.

DXCII.

Idem ætate provectior, jamque *Majorennis*. Sol inter Nebulas ideoque in ſpeciem major. L. EST INTER NUBILA MAJOR.

DXCIII.

Et: Grandis Circinus orbem formans. L. AMPLIOR A MAJORE. Idem.

594.

Sol oriens ſupra Horizontem. L. USQUE AD PERFECTAM DIEM. Idem in Syll.

Vel: SURGIT IN ALTUM.

Vel: VIRES ACQVIRIT EUNDO. D. Chorier.

DXCV.

Inauguratio, ſeu Unctio Regis. Ros in flores decidens. L. CÆLESTIS VEGETAT LIQVOR. Men.

DXCVI.

Et: Iris Soli oppoſita L. AUGET SPLENDOREM DEPLUUS HUMOR.

DXCVII.

Gladius, quem manus oleo perfundit. L. UNGITUR AD PUGNAM.

DXCVIII.

Ignis, ſeu prunæ ardentes aquâ conſperſæ. L. ARDOREM NUTRIET HUMOR.

599.

Gladius, cui chalybs affricatur, ad robur, & aciem. L. CONCIPIT HINC VIRES.

DC.

Lampas ardens, cui manus oleum affundit. L. ACCIPIT NOVAM LUCEM.

DCI.

Navis, dum picatur. L. UNGITUR UT SUPERET FLUCTUS. Idem.

*Vide Claſſe I. in voce :* BAPTISMUS.

# NOBILITAS.

DCII.

Auguſta : Domûs Auſtriacæ. Adamas *de cujus naturâ, & è puriſſimis particulis complexione multa Kircherus in Mundo ſubterraneo. T. 2. l. 8. c. 7.* L. PURA MIHI GENESIS. Abbas Weberus.

Vel : GEMMA PRETIOSIOR OMNI. Idem.

DCIII.

Et : Botrus ex unionibus, adamantibus, alijsque gemmis compoſitus. L. FREGGI DI MOLTE CORONE. *Multiplicis Decora alta Coronæ.* Theſaur.

DCIV.

Fluvius è grandi Lacu erumpens. L. QVÆ MAJOR ORIGO? *E Claud.* Men.

DCV.

Malum Punicum. L. USCIRAN DAL MIO SEN AMPIE CORONE. *De gremio meo Coronæ prodibunt ampliſſimæ.* Theſaur.

DCVI.

Cedrus, putredinis expers. L. INCORRUPTA MANET. Menet.

DCVII.

Abies : L. STIRPS LONGA ET RECTA. Idem. *E Caſſiodoro.*

Vel : RECTA SE TOLLET IN ALTUM. Periſtromata Regia.

DCVIII.

Cupreſſus alijs circumſtantibus arboribus altior. L. ALIAS INTER CAPUT EXTULIT. *E Virg.* Men.

DCIX.

Palma. Dactylis gravis. L. ANTIQVA DE STIRPE. Idem. *Quia Palma non niſi poſt centum annos fructus ſuos proferre dicitur.*

610.

Et : Ager Palmis conſitus. L. SUIS PRODUCIT SECULIS. *Ex Caſſiod.* Menet.

DCXI.

Regia, & Regum Genitrix. Malus Punica, diſperſis per ramos pomis ſuis coronatis. L. AUCUNE BRANCHE SANS COURONNE. *Ramus nullus absque Corona.* Menet.

DCXII.

Regum Galliæ. Lilia. L. CÆLESTI AB ORIGINE. *Fingunt Poëtæ, Herculem à Pallade admotum Junonis uberibus, & è deciduo lacte nata fuiſſe Lilia.* Theſaur.

613.

Per multos Agnatos Reges, & Principes diffuſa. Cælum ſtelliferum. L. TOT ANNIS CONTINUIS SIMUL SPLENDENT. *Ex Caſſiod.* Menet.

614.

Zodiacus cum ſuis Signis. L. NON IN LONGO STEMMATE VARIATA. Idem *ex eodem.*

DCXV.

Aquila pullos ſuos ad Solem explorans. L. TOT PROBATI QVOT GENITI. Idem *ex eodem.*

Vel : JE LES EPREUVE TOUS. *Tento omnes.*

Vel : MEI NON DEGERANT. Idem in Syll.

616.

Malus Citrina ingentibus Pomis, *quæ Cedros appellant Itali*, onuſta. L. NESCIT INDE ALIQVID NASCI MEDIOCRE. *Ex eodem.* Idem.

DCXVII.

Conchylium cum pluribus unionibus. L. ELECTA FREQVENTIA. Idèm *ex eodem.*

DCXVIII.

Latè in Poſteros propagata. Malus Aurea onuſta Pomis. L. SURGIT GENS AUREA.

Vel : UNO AVULSO NON DEFICIT ALTER AUREUS. *Ex Virg.* Men.

Vel : PULCHRA PROLE PARENS. *Ex Virg.* Idem.

619.

Tubulus pyrius ſurſum evolans, & in multas veluti Stellas diſſiliens. L. L. SUPEREST EXTINCTO LUCIDA PROLES. Idem.

DCXX.

Nunquam Hæreſi contaminata, vel Anathemate perſtricta. Lauri plures, *à quibus Fulmen abſtinet, dum arbores alias ferit.* L. DE CÆLO NUNQVAM TACTÆ. Idem.

DCXXI.

Nullo unquam fuſo cognatorum ſanguine impiata. Leo Urſum diſcerpens, innoxijs juxtà Leonibus. L. ABSTINET A CONSANGUINEIS. Idem.

DCXXII.

Et : Aſtra ſuperiora in Firmamento. L. TUTTI SENZA MACCHIA. *Sine Labe omnia.* Idem.

DCXXIII.

Aquila pullos ſuos Soli oſtendens. L. EX LUCE GENUS.

Vel : SIC GENUS ARGUITUR. Idem in Sylloge.

624.

Nobilitas Clementis X. Pontif. *ex gente Alteriorum.* Sidera, *quæ illorum eſt Teſſera.* L. AB ORIGINE FULGENT. Bovius.

625.

Piccolomineorum à Pontiff. Pio II. & III. derivata. Luna Creſcens : *Sunt Gentis Inſignia.* L. OLIM PLENA. Syll. Men.

626.

Inde omen obventuri Pontificatûs Card. Aſcanio ex eâdem familiâ cepit quidam, addito Lemmate : PLENILUNIO PROXIMA. Idem.

627.

Burgheſiorum *Pauli V. Nepotum.* Aquila Pullos ſuos Soli oſtentans. L. GENERI LAUDEMQVE FIDEMQVE. Ibidem.

DCXXVIII.

Turenij Mareſcalchi. Fons in altum exſiliens. L. ORIENS EX ALTO. *Quo enim altiùs fons exſilit, eò altior eſt ejus ſcaturigo.* In ejus Epicœdio.

Et : L. ALTUS ORIGINE AB ALTA. *Quod erat priùs Symbolum Condæi.* Apud Bohours.

DCXXIX.

Heliotropium ſtipitem ſuum coronans. L. CELSÆ STIRPIS ORIGO. Ibidem & in Epicœdio Turenij.

DCXXX.

Pullus aquilæ parentem ſuum volatu inſequens. L. ET PATER EXCITAT. *Ex Virg.* Ibid.

DCXXXI.

Leunculus majorem Leonem ſequens. L. ÆMULUS IN CERTAMINA. Ibid.

Vel : PROVOCAT ET TERRET.

DCXXXII.

Nobilitas Antiqua: D. Vincentij de Laſtanoſa. Phœnix. L. VETUSTATE FULGET.

DCXXXIII.

Amphitheatrum ex parte collapſum. L. VETUSTATE NOBILIUS. Idem.

DCXXXIV.

Aliquamdiu ignota, & ſubinde inclareſcens: *ut in Othone Sabaudo.* Sol nebulâ tectus. L. ABDIDERANT NON ABSTULERANT. Men.

635.

Nobilitas avita: incitamentum Virtutis. Fons hortenſis in altum ſaliens. L. PETIT IMPIGER ORTUS. Periſtrom. Reg.

636.

Aquila cum ſuis pullis. L. SPES DURAT AVORUM. Annæ Rohanenſis.

637.

Pulli Aquilini. L. EST ACIE IN NOSTRA PATRIUS VIGOR. Syll. Men.

638.

Actiones omnes illuſtrat. Lumen aquæ in phialâ rotundâ relucentis. L. QVOD ACCIPIT AUGET. Bovius.



# P.

# PRINCEPS ABDICANS, AUT BREVIS VITÆ.

DCXXXIX.

Amedeus II. Sabaudus. Roſa caducis, & defluentibus folijs. L. ULTRO EXUIT OSTRUM. Men.

640.

Franc. Hyacinthus fratri ſuo ſceptrum cedens. Luna ad exortum Solis occidens. L. IMPERIUM FRATRI CONCEDIT. Idem.

DCXLI.

Philibertus Pulcher. Flos Pæoniæ marceſcens. L. BELLO MA POCO DURA. *Pulcher, ſed non diuturnus.* Idem.
Vel: VITÆ SUMMA BREVIS *ex Horat. pro Carolo Joanne Amedeo.* Idem.

DCXLII.

Caſimirus Polonus inter S. R. E. Cardinales cooptatus. Sol occidens, & nubes purpurans. L. RUBET CUM DESERIT ORBEM. Syll. Men.

DCXLIII.

Et, ex Rege deinde Abbas *ad S. Germani in Galliâ.* Malum Granatum cortice ſuo ſpoliatum. L. POSITUM EST QVOD VILIUS. P. La Rue.

DCXLIV.

Philibertus dictus Venator. Fulgetra è nube promicans. L. TANTUM OSTENDUNT TERRIS. *Ex Virg.* Idem.

DCXLV.

Franciſcus Gonzaga : relicto Principatu ad ſacram Purpuram ſe recipiens. Aquilæ Pullus Oleæ ramo inſidens. L. BELLA GERANT ALIJ : *Ex Ovid.* Apud Typot.

## PRINCEPS ADVERSIS EXERCITUS.

DCXLVI.

Rebus adverſis invictus, & ſuperior. Sol ſupra nubes, fulmina, grandines elatus. L. INFRA FERUNTUR. Maximiliano Electori Bavariæ Andreas Brunnerus.

647.

Et Invictus. Corona aurea ſpinis circumdata. L. FORTES NON LÆDUNT. Valdorus. Carolo Duci Guiſio Lotharingico.

648.

Ex Adverſis Illuſtrior, & pugnacior. Ignis, ſeu prunæ, in officina ferraria conſperſus frigidâ. L. FERVET AB ADVERSIS. Syll. Men.

DCXLIX.

Ignis ſylvam comburens. L. FIT MAJOR MULTIS OBSTANTIBUS.

DCL.

Fluvius ſupra oppoſitos aggeres effuſus. L. CELSIOR EXSURGIT.

Vel : INVIA VIRTUTI NULLA EST VIA.

Vel : IRRUMPENS DITAT. *Quod & de Principe alienam Provinciam occupante, ac ſubinde locupletante dici poteſt.* Men. in Syll.



651.

Aquila in tempeſtate, & inter fulmina. L. RRÆSTANTIOR ANIMUS. Philiberto II. Sabaudo. Juglaris.

Vel : DABIT VIAM.

652.

Navis in Portu, jactis Anchoris. L. EXPLORAVIT HYEMS. Valdor.

DCLIII.

Laurus erecta, & illæſa, fulmine haud procul cadente. L. VINCIT VIM VIRTUS. Guilielmi Ducis Bavariæ. Apud. Typot.

654.

Princeps ab Hoſtibus captus. Leo in Caveâ. L. VIRTUTEM SORS DURA PREMIT. Bonifacio Sabaudo. Men. *Quod quidem Symbolum plus habet de naturâ Emblematis.*

DCLV.

Nullis adverſitatibus fractus. Pyramis inter Ventos, & fluctus aſſilientes. L. UNDIQVE FRUSTRA. Guil. V. Ducis Monteferraten. Apud Bohours. *Idem Symbolum uſurpatum etiam fuit, mutato nonnihil corpore* Bertoldo Farneſio Duci Camerini & Caſtri. Et Antonio Coraro Cardinali S. Georgij. Vide Typotium.

DCLVI.

Adamas incudi impoſitus, imminente malleo. L. SOTTO IL FERRO MA SENZA PIAGHE. *Subeſt ſine vulnere Ferro.* Vel *Ferior, non Lædor.* Men.

*Vide pariter* REX *eodem Titulo, & Claſſe III. vocibus* ; ADVERSÆ RES, & PATIENTIA.

# PRINCEPS BELLICOSUS.

DCLVII.

Quantumvis æger, ad Bellum tamen rediens. Aquila roſtrum ad cautem exacuens, L. REPARANT ET PRÆLIA VIRES. Valdor.

658.

Et: Senio confectus: Auctoritate, & conſilio ſuo Bellum adminiſtrans. Arbor ſpolijs gravis inter multas alias ramis, & folijs luxuriantes. L. SOLA TAMEN COLITUR. *Ex Lucano.* Idem.

DCLIX.

Clarus devictis ad S. Quintini fanum Gallis. Statua Equeſtris, ſeu Herois ex marmore, ad cujus pedes jacent malleus, & ferramenta ſculptorum. L. L. FINXIT IN HEROEM FERRUM. Emman. Philib. Sabaudo. Men.

660.

Equus ornatus ad Prælium. L. IN QVEM TUA CLASSICA? Henr. de Harcourt Lothatingo. Valdor.

Et: Ducum Luneburgicorum, *quibus Equus pro Teſſera.* L. QVO MARTIUS EVOCAT ARDOR.

Vel: QVO FAS ET GLORIA DUCUNT.

Vel: PACEM INTERDICIT ORIGO.

DCLXI.

Falco, ſive accipiter. L. SEMPER IN ARMIS. Syll. Men.

DCLXII.

Ericius, ſive Hiſtrix. L. TOTA EST MIHI VITA SUB ARMIS. Carol. Sabaud. Men. *Et rurſus* in Epicœd. Turenij.

DCLXIII.

Sol in Zodiaco, ſeu Ecliptica. L. SIGNA SEQUOR. Amed. Magni. Menet.

*Claſſ. II.*



DCLXIV.

Leo quieſcens. L. QVIS HUNC IMPUNE LACESSET? Idem.

*Idem ferme Lemma pridem Cani, vel quieſcenti, vel à columna, ſeu arbore revincto inſcripſerat* Franc. Sfortia Dux Mediolanenſis. QVIETUM NEMO IMPUNE LACESSET. Apud Typot.

665.

Idem Leo ſub tribus Roſis. *Quæ fuerant inſignia Ducis Diguerij, cui hoc Symbolum aptavit* Valdorus: cum Lemmate. OFFENSUS SPINAS ET UNGUES.

DCLXVI.

Nil penſi habens, æquum, an iniquum bellum gerat. Incendium Templi Epheſini. L. ALTERUTRA CLARESCERE FAMA. *Tribuit hoc Symbolum Moynius Ludovico Gonzagæ poſt captam Romam, cùm potiori Jure deberetur Borbonio, qui cepit.*

DCLXVII.

Jus ſuum Armis proſequens. Gladius Bilanci impoſitus. L. OMNIA DAT QVI JUSTA NEGAT. *Bernardo Duci Vinmarien.* Valdor.

DCLXVIII.

Numero Hoſtium cedere neſcius. Leo in oppoſita venabula, & haſtas irruens. L. TURPE REFERRE PEDEM. Idem.

DCLXIX.

Manus armata Clavâ, & in Hydram pugnans. L. NON TERRET FORTEM LABOR. *E Claud.* Idem.

DCLXX.

Impiger, & efficax. Sol Oriens, ſtellis etiamnum Cælo lucentibus. L. NON PRÆSTANT MILLE QUOD UNUS. Men.

DCLXXI.

Terræ Globus cælo ſtellifero, abſente Sole, circumdatus. L. CÆTERA QVID COLLECTA JUVANT? Montmor.

*Vide etiam:* REX, *& ſuperiùs in voce:* BELLATOR.

## PRINCEPS BENEFICUS.

DCLXXII.

Commiſſorum ſibi populorum Amor, & Delicium. Fluvius conſitos herbis, & ſegetibus campos interſecans. L. FACIT OMNIA LÆTA. Periſtrom. Reg. *Et apud Men.*

DCLXXIII.

Et: vaſto alveo, placidè tamen fluens. L. INGENS ET PLACIDUS. Coll. Aginnenſe *Ser.mo Principi Palatino: Jo: Wilhelmo: nunc S. R. I. Electori.*

DCLXXIV.

Cognomento Bonus. Princeps Carolus Sabaudus Philippi Pulchri Filius. Malus punica, è quâ flores decidui locum pomis faciunt. L. SUCCEDE IL BUONO AL BELLO. *Pulchro ſuccedit Bonus.* Men.

DCLXXV.

Bono publico natus, & addictus per omnia. Sol in medio Zodiaci. L. ΟΥΔΕ ΜΟΙ ΑΛΛΑ ΚΟΣΜΩ. *Nil mihi, ſed Mundo.* Coſmi Principis Hetruriæ.

DCLXXVI.

Rex Apum. L. URGET PLEBIS AMOR. *E Virg.* Men.

DCLXXVII.

Examen Apum mel è floribus colligentium. L. EXERCET SUB SOLE LABOR. Card. Antonio Barberino, *cui tres Apes pro Teſſera.* Moyne.

DCLXXVIII.

Oceanus fluvios, & minores rivos excipiens. L. A TUTTI APRE IL SENO. *Sinum pandit omnibus.* Men.

DCLXXIX.

Suis conſulens cum ærarii ſui, vel valetudinis quoque, detrimento. Pyra, ſeu lignorum ſtrues ſupra aram ardens. L. DUM NUTRIO CONSUMOR. Silv.

DCLXXX.

Pro ijsdem in multa ſe pericula conjiciens. Gallina pro Pullis adverſus Accipitrem depugnans. L. DULCE AC DECORUM EST. Humberti II. In Syll. *Sed Typotius tribuit Alberto II. Comiti Habſpurgico Landgravio Alſatiæ.*

DCLXXXI.

Suapte naturâ ad benefaciendum pronus. Sol Oriens. L. SE NON POSCENTIBUS OFFERT. Eduardus Rex Angliæ.

DCLXXXII.

Princeps cum ſummâ Poteſtate ſacrâ, & profanâ, in totum hominem Beneficus. Quercus Dodoneæ in modum Roborearum supernè inflexæ. L. NUNC MELIUS PASCUNT REDDUNTQVE ORACULA. *Alexandro VII. Pontifici, in cujus tum Inſignibus erant Quercus Familiæ Roboreorum* Guilielmus Henricus Euſebius Truchſeſſius S. R. I. Comes de Fridberg, Baro de Waldburg.

DCLXXXIII.

Gregorius XIII. Collegij Germanici, & Hungarici in Urbe Fundator munificentiſſimus. Draco *Gentilitius Boncompagnorum:* capite tantùm, & pectore exſtans. L. GEMINOS ALIT VBERE FÆTUS. Fam. Strada.

*Vide alia Tit.* REX. *Et Claſſe III.* BENEFICENTIA.

## PRINCEPS FORTIS.

DCLXXXIV.

In conſervandis ſuis provincijs, & quas bello illis adjecit. Trophæum Leoninâ pelle ſemi opertum. L. PARTUM VIRTUTE TUEMUR. *Ex Virg.* Theſaur.

685.

Et: Novis populis ſubjugandis. Fluvius è rivulis confluentibns auctus. L. VIRES ACQVIRIT EUNDO. Idem *ex eodem Poeta. Idem Lemma tribuit Menetrerius orienti Soli ad ſignificandum animum generoſum ipſo rerum ſucceſſu fortiorem.*

DCLXXXVI.

Fortis, ac Felix. Tres Caſſitæ unâ ſagittâ confixæ. L. DEDERITNE VIAM CASUSVE DEUSVE. *Dicitur id præſtitiſſe Godefridus Bullionius* in obſidione Hieroſolymorum. *Ex Virg.* Apud Typot.

DCLXXXVII.

Non tentata brioribus aggrediens. Argo Navis. L. QVA NULLA PRIOR. Men.

688.

Multis obtentis Victoriis nobilitatus. Aquila fulmine dejiciens valla, & propugnantes alias Aquilas. L. SAT MAGNA PEREGI. *Duci Montmorancio* Valdor.

DCLXXXIX.

Et: Hydra, pluribus jam reſectis capitibus. L. VINCERE NON NUMERARE LICET. Idem.

DCXC.

Pluribus devictis Hoſtibus. Quercus à ventis impetita. L. SESE MOLE TENET. Gambertus.

*Claſſ. II.*

Vel: SUO SE ROBORE FIRMAT. Abbas Ferrus. *Duci Urbinatium, cujus ſcutum gentilitium Quercum ſuſtinet: unde familia Roboreorum.*

DCXCI.

Et: Venti in ſylvam incumbentes. L. IMUS PER OBSTANTIA.

Vel: IN RELUCTANTES SÆVIOR. Syll. Men.

*Vide* REX. *Titulo eodem infrà, & Claſſe III. voce:* FORTITUDO.

## PRINCEPS JUVENIS.

DCXCII.

E Domo Lotharingica ab avitæ gloriæ fiduciâ animos ſumens. Aquila Solem versùs ſubvolans. L. FATIS CONFISUS AVORUM. Typot.

Vel: PATRIOS SEQVITUR AUSUS.

Vel: PATERNÆ VIRTUTIS MEMOR. Syll. Men.

DCXCIII.

Eadem Aquila Solem intuens è ſcopulo, & ad volatum pennas explicans. L. MIRATUR ET AUDET. Idem Ibid.

694.

Immaturâ licet ætate, magnis tamen rebus par: *ut Gaſton de Foix in flore Juventutis*: pro Rege Inſubriam adminiſtrans. Fungus. L. NASCENDO MATURUS. Apud Bohourſium, *qui probat, & defendit.*

695.

Et: Flumen ab origine creſcens, ſemperque ſeipſo majus. L. CRESCIT EUNDO. *Principi Palatino.* Coll. Aginnenſe.

DCXCVI.

Princeps Juvenis, & maximæ ſpei. Luna creſcens. L. PLUS CROIST PLUS LUIT. *Gallicum antiquum. Quo creſcit magis, magis & lucet.* Syll. Men.

DCXCVII.

Pullus Aquilæ. L. ETIAM SPE FULMINIS ARDET.

Vel : CRESCENS AD FULMINA. Menet.

DCXCVIII.

Pinus nondum adulta in monte conſita. L. ALTIUS ASSURGET MAJORIBUS. Idem.

DCXCIX.

Palma Trophæis, & Vexillis militaribus ornata. L. SENSIT SECUM CREVISSE TRIUMPHOS. *Lud. Borbonio.* In Lud. Vindin.

DCC.

Claris Majoribus ortus, & Regni Hæres. Malum Granatum, ſive punicum. L. CON LA CORONA NACI. *Cum Corona ſum natus.* Chico in Bello Granatenſi. *Quod Symbolum Moynius deinde Puellæ Regiæ tranſcripſit, immutato leviter Lemmate :* MEA MECUM NATA CORONA EST. Apud Men. & Bohours.

Vel : A TENERO DIADEMA.

DCCI.

Aquilæ pullus Solem intuens. L. AD SUBLIMIA NATUS. *Principi Sabaudiæ Eugenio.* Men.

702.

Sidus inter alias ſtellas peculiari nitore fulgens. L. MAGNO DE LUMINE LUMEN. *Duci Anguienſi.* In Lud. Vindoc.

Vel : EXHIBET AUCTOREM. Syll. Men.

DCCIII.

Cælum ſtelliferum placido mari, vel ſtagno, ſui ſpeciem imprimens. L. OGN' UN IN ME RISPLENDE. *Reſplendet quilibet in me.* Men.

DCCIV.

Regis Filius, & Paternæ Gloriæ, ac Virtutis æmulator. Phoſphorus, orto jam Sole, adhuc lucens. L. CORAM MICAT UNUS. *Delphino Lud. XIV. F.* Men.

DCCV.

Et : Parelius. L. INDUIT ILLE PATRIS RADIOS. Idem in Syll.

Vel : QVANTUM INSTAR IN ISTO EST !

Vel : SIMILLIMA PATRIS IMAGO. Idem Ibid.

Vel : PAR DUM RESPICIET. Apud. Bohours.

DCCVI.

Lunæ creſcentis cornu Solem reſpiciens. L. LUMINIS INDE SATIS QVO TOTUM REPLEAT ORBEM. Menet. in Syll.

DCCVII.

Speculum Concavum Soli oppoſitum : & radios concipiens pariter, & emittens. L. QVOS CUM SOLE IGNES? D. Clement.

DCCVIII.

Idem ad virilem ætatem accedens. Aquila. L. NEC VIRTUS NEC DEFICIT ÆTAS. Men.

DCCIX.

Heſperus Solem inſequens. L. STAT QVOCUNQVE SEQVI.

710.

Pullus Aquilinus majorem Aquilam proſequens. L. MONSTRATUM SECTATUR ITER.

DCCXI.

Idem rei maritimæ, vel tormentariæ præfectus à Rege. Duo Tubuli pyrij tormento Bellico decuſſatim impoſiti. L. OSTENDUNT TELA PARENTEM. D. Charpentier.

712.

Et: Delphin. L. HUNC ET MONSTRA TIMENT. Aulæa Regia.

DCCXIII.

Regis Frater. Globus pyrius major, *vulgo Bomba*. L. ALTER POST FULMINA TERROR. D. Clement. Apud. Moyn. & Men.

Et: Luna creſcens. L. FRATERNO LUMINE CRESCIT.

Vel: CONSORS FRATERNI LUMINIS.

Vel: FRATRIS MUNUS OBIT.

Vel: SEQVITUR VESTIGIA FRATRIS.

DCCXIV.

Luna pleno Aſtro effulgens. L. UNO SOLE (*vel Fratre*) MINOR. In Lud. Vindocin.

Vel: FRATERNA LUCE CORUSCAT. Gaſtoni Aurelianen. Apud Bohours.

715.

Fax, Sole ſplendente. L. LUX MAGNA MINOREM OBRUIT. Men. in Syll.

*Vide:* REX JUVENIS *infrà. Et Claſſe III.* JUVENTUS.



# PRINCEPS MAGNANIMUS.

716.

Maxima quæque animo deſtinans. Aquila Nubes ſupervolitans. L. ALTIORA PETO. Caroli Cliviæ Ducis. Apud Typot.

DCCXVII.

Tubulus pyrius accenſus, & ſurſum volans. L. SPLENDET ET ASCENDIT. Periſtrom. Reg.

DCCXVIII.

Ad Bellum, ac Pacem perinde affectus. Clypeus mucronatus, prominente in ejus medio cuſpide. L. GEMINO SPECTABILIS USU. *Sive ad bellum repellendum, ſive ad inferendum.* Apud Piccinellum.

Vel: TUTATUR ET ARMAT.

719.

In Principatu ſuo inſtaurando, reſtituendiſque ei limitibus bello ademptis. Sagittarius Cæleſtis, ad cujus pedes eſt Corona. L. I' AY DE QVOY LA RELEVER. *Supereſt mihi, quo relevem.* Vel: *Non ſine Vindice.* Emman. Philiberti Sabaudi. Menet.

720.

Et: Arcus remiſſo nervo. L. MI RIPOSO NO ES FLAQVEZA. *Reſolutus, non languidus.*

Vel: MAJOR POST OTIA VIRTUS. *E Statio.*

721.

Subinde Dignitate auctus, & è Comite Dux creatus. Stella matutina, *cùm Solem præcedit*, Phoſphorus, *cùm ſequitur*, Heſperus dicta. L. QVI COMES ANTE FUIT DUX EST MODO. Amedeo IV. Men.

DCCXXII.

Nihil humile animo verſans. Manocodiata, *ſive Avis Paradiſiaca*, volans, nec unquam in terras deſcendens. L. SEMPER SUBLIMIS. Periſtrom. Reg.

723.

Et ex Eccleſiaſtico, & Archiepiſcopo Dux creatus. Horologium. L. SERVIO TEMPORI. Idem.

DCCXXIV.

Gryphus: ex Aquila, & Leone compoſitus. L. UNDIQVE PRINCEPS. Syll. Men.

DCCXXV.

Omnis fraudis expers, & Oſor. Malum Punicum apertum, *apparentibus intra corticē acinis in Cordis humani ſpeciem conformatis.* L. LE COEUR OUVERT A TESTE COURONNEE. *Cor apertum capiti coronato* (convenit) Men.

726.

Nullâ cujusvis rei difficultate, aut periculo ſe moveri ſuſtinens. Navis velifera. L. MARIA OMNIA CONTRA. Idem.

727.

Interritus ad quævis pericula. Aquila ſupra nubes elata. L. FRUSTRA TERREBERE NIMBIS. Syll. Men.

DCCXXVIII.

Dignitatis, ac Poteſtatis ſuæ conſcius, ac retinens. Lilium ſupra cæteros flores ſe attollens. L. ET FORMA ET VERTICE SUPRA EST. Innoc. X. Pontifici. Bovius.

729.

Maxima quæque animo deſtinans. Aquila è celſa rupe Solem intuens. L. ULTERIUS SPERARE NEFAS. Syll. Men.

730.

Coſmi Hetruſci ob Nuptias cum Magdalenâ Auſtriacâ, Accipiter, ſeu falco, Ardeam unguibus tenens. L. SUMMA PETENS. Carrous. Men.

DCCXXXI.

Ne Regi quidem Virtutis, & Gloriæ ſtudio ceſſurus. Horologium Sciathericum. L. NON CEDIT UMBRA SOLI. Princeps Trivultius.

732.

Victis parcens. Leo: imbelles, & exarmatas feras, ac pecudes intactas dimittens. L. PROTINUS IRA MINOR. P. Gambertus.

Vel: PROSTRATA RELINQVIT.

Vel: EST PROSTRASSE SATIS.

733.

Leo: Urſos, vel alios Leones, in fugam vertens. L. FORTIS IN FORTES. Valdor.

DCCXXXIV.

Et: Fulmen Quercus disjiciens, arundinibus intactis. L. DURA FRANGIT MOLLIBUS ILLÆSIS. Syll. Men.

DCCXXXV.

Moderatus, & præter æquum nil expetens. Sol in Ecliptica. L. CONTENTUS MEDIO. Syll. Men.

736.

Minimè præceps; ſed maturo conſilio peragens omnia. Terebra craſſum aſſerem perfodiens. L. PAULATIM. Alberti IV. Archid. Auſtr. Apud. Typot.

737.

Nec ultra, nec citra rectum, & in neutram partem nimius. Globus Mundi. L. NIHIL SUPRA NIHIL INFRA. Coll. Claromontanum S. J. Principi Condæo. *Anno 1674.*

738.

Et: Amuſſis, ſeu Dioptra. L. ÆQVA DIGNOSCIT. Leopoldi I. Archid. Auſtriæ. Apud Typot.

739.

Fœderatorum ſuorum copijs utens, ſuis parcens. Saturnus: Stella cum duabus ſuis Lunulis. L. INDE CAPIT VIRES. Syll. Men.

DCCXL.

Suorum Amor, Hoſtium Terror. Fulgur è nube promicans. L. TERROR Y LUMBRE. *Terror, & Lumen.* Idem Ibidem.

DCCXLI.

Litterarum, & Bonarum Artium amans, & Doctorum Virorum Mæcenas. Equus inſtar Pegaſi fontem Muſarum ungulâ proliciens. L. PERENNIS ORIGO SAXOSO DE FONTE FLUIT. *Reſpicit Auctor Menetrerius ad primordia Principum Sabaudiæ è ſtirpe Saxonica.*

Vel: NUNQUAM DEFICIENT.

Vel: ΠΑΙΔΕΙΑ ΑΡΕΤΗΣ ΠΗΓΗ. *Eruditio Virtutis Fons eſt. Ex Syneſio de Provid.* Idem.

DCCXLII.

Belli, Pacisque artibus excultus. Equus ſub Oleâ erumpens: *in certamine Neptuni cum Pallade.* L. ET PACE POTENS ET ARMIS. Henr. Condæi.

743.

Et: Navis, cujus Velum manus temperat. L. FORTUNAM ARTE REGIT. Car. Emmanueli. Men.

*Vide:* REX *infrà, & Claſſe III.* MAGNANIMITAS.

# PRINCEPS PACIFICATOR, ET PRUDENS.

DCCXLIV.

Princeps, celata diu conſilia ſua non niſi obtento, ad quem tetenderant, fine, manifeſtans. Silex cum Chalybe, & abſiſtentibus inde ſcintillis. L. EXILIT QVOD DELITUIT. *Alberti IV. Auſtriaci.* Apud Typot.

DCCXLV.

Prudentiæ laude inſignis. Horologium rotatum, cum ſuis ponderibus, & perpendiculo. L. CONFORME AL TEMPO SI MUOVE. *Motum attemperat horis.* Car. Emman. D. Sabaudiæ. Men.

746.

Principes Pacificatores. Venti Nubila diſſipantes. L. NON SPIRANO CHE PER SERENARE. *Nil ſpirant, niſi ſerenum.* Men.

747.

Pacificus, & Pacificator. Alcyon cum nido ſuo natans, mari ſedato, ac placido. L. AMAT TRANQVILLA. Idem. Haymoni Sabaudo.

748. In-

748.

Inter Gregorium VII. Pontificem, & Henricum IV. Imperatorem. Draco Cæleſtis: *in interſectione circulorum Solis, & Lunæ.* L. SIDUS CONNECTIT UTRUMQVE Amedeo II. Sabaud. *Duci.* Men.

DCCXLIX.

Gubernationi ſuorum intentus: & conſilia ſua ſecum uno digerens, Sol. L. OMNIA SOLUS. Idem.

DCCL.

Et: Educationi filij ſui etiam magis. Aquila pullo viam ad Solem præjens. L. VIRTUTEM EX ME. *E Virg.* Syll. Men.

DCCLI.

Rebus ſecundis prudenter utens. Navis ſecundo vento vela pandens. L. TENDIT ITER VELIS.

Vel: ASPIRANTE AURA. Men.

752.

Tum quoque in rem ſuam attentus Pyxis Nautica. L. DAT FACILEM CURRSUM.

753.

Manus cum Bolide è navi porrecta. L. TUTE ET ATTENTE. Idem.

*Vide*: REX *infrà*, *& Claſſe III.* PAX.

## PRINCEPS RELIGIOSUS.

DCCLIV.

Religionis cauſâ bellum gerens adverſus Saracenos in Bello Sacro. Raſtrum in Agro. L. EVERTIT ET ÆQVAT. Guiliel. Hannonij Bavari *Anno 1390.* Apud Bohours *ex Typotio.*

DCCLV.

Ejus ubique propagandæ ſtudioſus. Signum Capricorni, *in cujus ortu ſignum aliud, Aræ videliter, oritur.* L. HANC REDDO SUPERIS ORIENS. Men.

DCCLVI.

Triumphos ſuos Religioni conſecrans. Trophæum Aræ imminens. L. ARAS VICTO HOSTE TUETUR.

DCCLVII.

Religione Regnum ſuum firmans. Duo Sceptra decuſſatim Aræ impoſita, imminente ſuprà Coronâ. L. ARIS INNIXA QVIESCIT. Idem.

*Vide etiam*: REX.

## PRINCEPS VICTOR.

758.

E Domo Lotharingica. Crux Hieroſolymitana coronata. L. CLARIS ASSUETA TRIUMPHIS. Valdor.

DCCLIX.

Ventus in Arborem incumbens. L. INCLINO AUT FRANGO. Syll. Men.

DCCLX.

Hippopotamus, *ſeu Equus marinus.* L. PONTO TERRAQVE TRIUMPHAT. Valdor.

Vel: AQVA TERRAQVE POLLET. Valdor.

761.

Confecto Bello, Taurinum rediens. Sol in Signo Tauri. L. RADIJS MELIORIBVS USUS. Carolo Emanueli.

762.

Tropheum è diffractis armis compoſitum. L. HOC VICTORIS OPUS. Victori Amedeo. Men.

DCCLXIII.

Sol Nebulas diſſipans. L. SOLVIT DUM VIDIT. P. Juglaris. Victori Amedeo Duci Sabaudiæ.

*Vide* : REX *infrà.*

# R.
# REGINA.

DCCLXIV.

Regina in Adminiſtrationem Regni ſuccedens. Luna Plena. L. JAM SOLA SOLEM ÆQUAT. Moyn.

DCCLXV.

Senatûs ſui Lux, & Anima. Navis ad Cynoſuram directa. L. AB UNA CONSILIUM. Bovius.

Vel: PRÆSTAT TOT MILLIBUS UNA. *Quod Moynius Lunæ ſtellas inter nitenti inſcripſit.*

766.

Generosâ Indole prædita. Sol. L. NEC FALSO NEC ALIENO. (*Intellige.*) Lumine. Syll. Men.

767.

Venerabilis omnibus. Conchylium unionibus ſuis vacuum. L. EXUVIJS SUUS HÆRET HONOS. P. L' Abbé.

768.

Et: Flamma. L. ET AMATA TIMETUR Bovius.

769.

Exemplo potens. Stella Polaris lingulam magneticam in pyxide Nautica ad ſe convertens. L. VIS ARCANA TRAHIT. P. L' Abbé.

DCCLXX.

Exemplum ſine Exemplo. Phœnix. L. VIGET UNICA TERRIS. Syll. Men.

DCCLXXI.

Bellum gerens, vel in ludicro certamine ſimulans, aut perſonata. Sol Nube tectus. L. IL BELLO SI MA LO SPLENDOR NON TOGLIE. *Pulchritudinem celat, non ſplendorem.* Men. in Syll.

DCCLXXII.

Plurium Liberorum Parens. Pavo cum pullis. L. LÆTA FECUNDITAS. *Nam Pavo fecunditatis Symbolum erat apud Veteres.* Margaritæ Auſtriacæ Caroli V. Filiæ. Apud Typot.

773.

Regnum abdicans Religionis ſtudio. Statua Reginam referens cum ſcalpro, & malleo. L. FORMATA DEMENDO. Chriſtinæ Sueciæ. Bovius.

774.

Et Merges: *Inſigne Regni Suecorum.* L. TERRÆ RETINACULA SOLVIT. P. L' Abbé.

DCCLXXV.

Peregrè, atque extra Regnum ſuum degens. Leo in Amphitheatro. *Ex ejusdem Teſſera.* L. SPECTATIOR EXUL. Eidem Bovius.

776.

Majeſtatis ſuæ nihilominus retinens. Lilium folijs ſuis nudatum. L. ADHUC IN STIPITE REGNAT.

Vel : SUBJECTUM POSSIDET ORBEM P. L'Abbé.

DCCLXXVII.

Eruditionis, & militaris Gloriæ laude præſtans. Corolla ex Oleæ, Palmæque : vel Lauri, ramis contexta. L. UTRIQUE DECORA MINERVÆ Bovius.

778.

Nominis ſui Famâ præſentia, futuraque tempora illuſtrans. Corona pulvillo impoſita. L. GLORIA TEMPORIBUS. Idem.

779.

Ejus Itinera per Germaniam, & Galliam. Sol. L. NULLA EST NESCIA TERRA. *Ex Ovid.* Syll. Men.

DCCLXXX.

Pietati, ſtudijs, ac ſibi vacans. Concha margaritifera, ſed clauſa. L. SOLA SUAS SIBI GIGNIT OPES. Bovius.

DCCLXXXI.

Regina Maria Anna Auſtriaca, Philippi IV. Conjunx. Aquila contra ventum Borealem volans. L. NON AQUILIS AQUILO. Syll. Men.

782.

Eadem in ſuo Mediolanum ingreſſu maximo populorum concurſu ſpectata. Phœnix pluribus Avibus circumdata. L. UT SOLIS MIRENTUR AVEM. Mediolanenſes.

DCCLXXXIII.

Anna Auſtriaca Luovoici XIV. Parens. Nubes, ex quâ Fulmen promicat. L. ORBIS TERROREM GENUI. Apud Bohours.

DCCLXXXIV.

Et Aquila : Nido ſuo incubans, vel Pullum Soli oſtentans. L. PROLEM DAT JOVE DIGNAM. Men.

785.

A Partu priſtinum Formæ Decus nihil imminutum conſervans. Malus aurea pomis, & floribus ornata. L. POST FRUCTUM FLOREM SERVANS. Moyn.

786.

Ejus cura in educando Filio natu maximo, & Regni hærede. Aquila cum Pullo. L. EDUCAT UNUM.

Vel : RECIPIT EDUCAT BENIGNE ACCIPIT. Syll. Men.

Vel : AD VOLANDUM PROVOCAT.

DCCLXXXVII.

Educatrix Regum : Maria de Medicis. Argo : Navis : Sidus. L. SERVANDO DEA FACTA DEOS. Syll. Men.

788.

Eadem regno excedens, ac domeſticis turbis ſe ſubducens. Columba Noëmica cum Ramo Olivæ. L. CUM PACE REVERTAR. Syll. Men.

DCCLXXXIX.

Tutrix, ac Tutelâ ſuâ Bellum propulſans. Aquila Pullos ſuos alis protegens, exerto ad pugnam roſtro, & unguibus. L. ET NOS ET NOSTRA TUEMUR. Idem. Ibidem.

Vel : TEGIT VIRTUTE MINORES.

Vel : EDUCAT ET TUETUR. Idem.

DCCXC

DCCXC.

A Morbo reſtituta, magnâ populorum lætitiâ. Eclipſis aut Solis, aut Lunæ. L. RECREO DUM REDEO. Moyn.

DCCXCI.

Eadem in luctu ex morte Patris. Luna in tenebris lucens. L. NEC DE NOCTE NIGRESCIT. *Indicat magnitudinem animi jacturam cariſſimi capitis moderatè ferentis.* Moyn.

792.

Formâ, & Majeſtate præſtans. Sol. L. OGN' ALTRO LUME OSCURA *Omne aliud Lumen obſcurat. Annæ Auſtriacæ. In Luparâ.* Apud Bohours.

Vel: RESTINXIT STELLAS. Syll. Menet.

DCCXCIII.

Princeps Pacificatrix. Iris. L. NUBILA FOEDA SERENAT.

Vel: POST IMBRES PARITURA SERENUM.

Vel: REDITURÆ NUNCIA PACIS.

Vel: IN FOEDERA VENI. Menet.

DCCXCIV.

Et: Nidus Alcyonis mari placido innatans. L. PARTU PARTA QVIES. Idem.

795.

Et: Manus Jani Templum claudens. L. ET CLAUDERE NOSTRUM.

DCCXCVI.

Et: Luna Plena cælo nocturno. L. AFFERT CUM LUCE QVIETEM Rapin.

DCCXCVII.

Iſabella Regina Hiſpaniæ ingenio, & conſilijs pollens in Senatu. Luna in medio Stellarum. L. LA CONOÇEN POR SEÑORA. *Dominam fatentur omnes.* *Claſſ. II.*

Vel: LOS GRANDES L' ACCOMPAÑAN Y LOS PEQUEÑOS. *Majores, & Minores eam comitantur: aut, quod ad mentem Symboli magis eſt: ſequuntur.*

Vel: LUX ALTERA MUNDI. Syll. Men.

798.

Et: Circuli Sphærarum Cæleſtium. UNUS OMNES. Ibid.

DCCXCIX.

Sol occaſum, verſus quem jacet Hiſpania, ſubiens. L. POPULIS AFFULGET IBERIS.

Vel: DOS MUNDOS AGORA GOZA. *Mundo nunc regnat utrique.*

Vel: IN OCCASU SPLENDIDIOR. Ibid.

## REGINA: PRINCEPS VIDUA.

800.

Defuncto Conjugi fidem ſervans. Ara cum Igne Veſtali, eoque extincto, ſed Solis radijs iterum accenſo. L. SOLUS EXTINCTOS ACCENDIT IGNES. Men. in Syll.

DCCCI.

Eleonora Auſtriaca poſt mortem Franciſci I. Conjugis, perpetuò Vidua. Phœnix. L. UNICA SEMPER AVIS. Ibid.

DCCCII.

Blanca Monteferratenſis Caroli Bellicoſi Sabaudi quondam Conjux. Roſarium, ſeu frutex Roſis deciduis. L. MIHI SPINA EST SOLA SUPERSTES. Men.

803.

Valentina poſt occiſum maritum. *Ut teſtaretur nihil jam ſibi ſupereſſe, quod vel amittat, vel acquirat, aſſumpſit pro Symbolo* Harpagium hortenſe vacuum. L. PLUS NE M' EST RIEN RIEN NE M'EST PLUS. *Quod ſupereſt mihi Nihil eſt, & Nihil jam mihi ſupereſt.* Apud Moyn.

DCCCIV.

Hedera emortuæ arbori circumplexa. L. VINCTI PEREUNT SED VINCLA PERENNANT P. Juglaris.

805.

Maria Stuarta: Vidua Franciſci Delphini Galliæ. Glycirrhiza humo ſuperobruta. L. DULCE MEUM TERRA TEGIT. Apud Bohours.

DCCCVI.

Felix Urſina D. Montmorantij Conjunx. Nubes ad occidente Sole illuſtrata. L, ARDET AB EXTINCTO. Moyn.

807.

Ex Animo Benefica. Malum punicum apertum. L. MON COEUR OUVERT SIED BIEN A MA COURONNE. *Cor Apertum Coronam meam decet.* Men.

*Vide pariter Claſſe III. vocem:* VIDUA.

# REGES ROMANORUM, ET IMPERATORES.

DCCCVIII.

LEOPOLDUS Imperator. De Turcis Victor. Sol Lunam feriens, & inobſcurans. L. CLARAMQUE REDEGIT AD UMBRAS. Ap. Symb.

DCCCIX.

Turcarum, & Rebellium, ſub Tekelio Pannonum Victor. Sol Lunam, & Phoſphorum extinguens. L. CEDITE PELLO DUOS. *Ultimæ duæ voces LEOPOLDI nomen Anagrammate reddunt.* D. de Bircken.

DCCCX.

Romani Imperij Hoſtes, & Invaſores, jamque potitos ejus parte vi repellens. Adamas Magnetis vim infringens. L. RAPIENTIS REPRIMO VIRES. Abb. Weberus.

DCCCXI.

Difficillimis Bellis ſe PRUDENTIA, & CONSILIO, quæ illius Gnomæ, explicans. Sol nebulas diſſipans. L. INVENIT VIRTUTE VIAM.

812.

Suffragijs omnium S. R. I. Electorum ad Imperium vocatus. *Anno 165[illegible]* Aquila Coronam tenens. L. MERUIT NON RAPUIT. Verienus.

IMPE-

# IMPERATORES AUSTRIACI.

DCCCXIII.

Malum Punicum ſemiapertum, & Coronatum. Vel potiùs Malus punica pomis ſuis coronatis gravis. L. TOT IN UNO STIPITE REGNANT. Ap. Symb.

DCCCXIV.

Aquila inter ſuos Pullos. L. IN SUIS NON FALLITUR. Verienus.

DCCCXV.

Eorum Genius. Aquila fulmine armata. L. DEBELLARE SUPERBOS.

DCCCXVI.

Et: Fulmen, aut ventus *dum Quercus infringit, Juncos, & arbuſculas inclinat duntaxat.* L. PARCERE SUBJECTIS. Silv.

DCCCXVII.

Apes. L. REGNUM MUCRONE TUENTUR. Verienus.

DCCCXVIII.

Aquila Biceps, *S. R. Imperij Teſſera*, Sceptrum tenens, & clypeum Auſtriacum pectore præferens. L. IMPERIUM SINE FINE DEDI. *Ex Virg.* Silv.

DCCCXIX.

Et: Sol. L. L' IMPERO DELLA TERRA A VOI SI DEVE. *Debetur Regimen Orbis Terrarum Tibi.*

DCCCXX.

Rudolphi I. Habsburgici, ad Bellum, aut Pacem perinde prompti. Manus cataphracta Clavam oleâ circumplexam ſtringens. L. UTRUM LIBET. Apud Typot.

DCCCXXI.

Alberti II. ad ſignificandam Indolem ſuam ſtrenuam, & ardentem. Manus Cataphracta Jaculum vibrans. L. TOLLE MORAS. Apud eundem.

822.

Friderici III. Pedes Coloſſi diffracti inſiſtentes baſi. L. ADHUC STAT. Ibid.

DCCCXXIII.

Friderici IV. Æquitate præſtantis, & Armis. Brachium, quod capulum enſis Libro imponit. L. HIC REGIT ILLE TUETUR. Ibid.

DCCCXXIV.

Caroli V. Imperium ſuum in novum orbem proferentis. Aquila ſupra Columnas Herculis evolans. L. PLUS OUTRE: PLUS ULTRA. Ap. Typot.

DCCCXXV.

Ejusdem: victo Franciſco I. Rege Galliæ. Lilium caducum, & demiſſo vertice, vento à meridie ſpirante. L. PERFLANTIBUS AUSTRIS. Apud Bohourſium *improbantem videlicet, eò quòd longè petitum ipſi videatur.*

DCCCXXVI.

Maximiliani II. adverſus Turcas expeditionem parantis. Aquila Cæſarea utrumque Lunæ cornu unguibus comprehendens. L. COMMINUAM AUT EXTINGUAM. Ap. Typot.

DCCCXXVII.

Etiamnum Archiducis. Leo. L. FORTIBUS RESISTIT. Syll. Men.

Vel: IN FORTES TANTUM. Silv.

DCCCXXVIII.

Rudolphi II. Gallus Lituo, ſeu Tubæ inſidens. L. CURA VIGILA. Apud Typ. *niſi forte Symbolum hoc fuit Rudolphi Bohemiæ Regis Alberti I. Imp. F.*

Ejuſdem Symbolum quoque fuit Elephas cum L. VI PARVA NON INVERTITUR. *Idem Symbolum tributum fuit Aloyſio Mocenigo Reip. Venetæ Duci.* Apud Typotium.

DCCCXXIX.

Ferdinandi III. intrepidè obſtacula omnia perrumpentis. Aquila volans nubes inter, & fulmina. L. NEGATA TENTAT ITER VIA. *Ex Horat.* Coll. Viennenſe in illius funere.

Vel: TUTA MAJESTAS Syll. Men.

DCCCXXX.

Poſt Pugnam Pragenſem in Nummo Cæſareo. Aquila ſerpentem unguibus premens. L. DOMITO EMICAT HOSTE.

DCCCXXXI.

Undique bello impetiti, & Victoris. Aquila in pluribus diffracti ſpeculi fruſtis apparens. L. PER VULNERA PLURES. Coll. Viennen.

DCCCXXXII.

Othonis IV. ad magnam Imperium aſpiranis. Duo Fluvij Rhenus, & Danubius, *ut pinguntur cum ſuis urnis, exadverſo ſedentes.* L. UTERQUE SERVIET UNI. *Ex Horat.* Apud Typot.

DCCCXXXIII.

Ludovici Bavari Imp. Globus Terreſtris ſupernè diviſus, & hians, cujus utramque partem Aquila unguibus comprimit. L. DIVISUM JUNGAM. Ibid.

834.

De omnibus bene mereri ſtudentis, & amicos ſibi conquirentis. Malum Punicum ſemiapertum, apparentibus intus acinis. L. TOT ZOPYROS. *Notum eſt factum Zopyri.*

835.

Magnanimi, & Intrepidi. Tigris ſolitaria per ſylvam gradiens. L. NULLIUS PAVET OCCURSUM. Caroli IV. Imp. Ibidem.

## REX.

DCCCXXXVI.

Ejus Officium, & partes: ut ſit Regni ſui, ac Populorum Præſidium. Cælum. L. TEGIT OMNIA. *Ex Lucano.* Syll. Men.

DCCCXXXVII.

Et: Stella Polaris. L. ET REGIT ET MUNDO VIGILAT. Ibidem.

DCCCXXXVIII.

Et: ut ſit Felicitas Publica. Sol Oriens. L. AB ILLO DIES. Ibid.

DCCCXXXIX.

Et: L. UT PRÆSIT ET PROSIT. Moyn. & Menet.

DCCCXL.

Rebus gerendis præſentiam ſuam commodet: *quâ ſine languent negotia.* Sol occidens, vacante Aratro. L. ME SINE CESSAT OPUS. Ibid.

DCCCXLI.

Et: Sol jam ſupra Horizontem evectus. L. PER SE CUNCTA VIDET. Men.

DCCCXLII.

Tributa in populorum ea pendentium utilitatem convertat. Sol Vapores attrahens, & in pluviam ſubinde reſolvens. L. POTIORA REPENDIT. Vel : MUTUAT UT DITET. Men.

DCCCXLIII.

Et : Iris. L. UT IRRIGET IMBRE BENIGNO. Syll.

DCCCXLIV.

Miniſtros ſuos pro ſuâ quemque facultatate, ac Ingenio deligat. Sol illuſtrans Arbores varij generis. L. SINGULIS VARIUS UTILIS OMNIBUS. Ibidem.

DCCCXLV.

Nec nimiùm extollat : ut deprimere, cùm volet, nequeat. Sol plures Parelios formans. L. QUOS PINXIT DELERE POTEST. P. L'Abbé.

DCCCXLVI.

In omnes Regni partes excubet. Sol in Meridie. L. TOTO EMICAT ORBE. Apud Men. *In Tabulis ſeorſim editis.*

DCCCXLVII.

Exemplo ſuo Legibus auctoritatem, & vim adjiciat. Sol cum Horologio Sciatherico. L. LEGES FACIT ET SERVAT. Montmor.

848.

Corruptelas publicas tollat. Sol Oriens, fugientibus Stellis, *vel nocturnis, & noxijs animalibus.* L. UT PATET ISTA LATENT. Apud Men. *In Tabulis.*

DCCCXLIX.

Conſilio, ac rerum gerendarum prudentiâ ſuis etiam Senatoribus, & Conſiliarijs præſtet, & meliora ſemper proferat. Malus Aurea floribus, & pomis conſpicua. L. NOVA SEMPER GRANDIA SEMPER. Idem.

DCCCL.

Sol cum Stellis. L. REGIT UNICUS OMNES.

*Idem dictum de Primo Mobili ab eodem alibi :* transferendo ad ſenatum Regium.

DCCCLI.

Nec tamen omnia familiaribus ſuis aperiat. Alveare è Vitro non perſpicuo. L. NUL N' EN PENETRE LES SECRETS. *Interioris Arcani nemo Conſcius.* Idem. *Reſpicit ad deluſam curioſitatem illius, qui apum labores explorare cupiens Vitreum illis alveare conſtruxit, quod tamen apes ante omnia cerâ obduxerunt, ne foret perſpicuum.*

852

Ipſe eorum ſit arbiter. Girgillus filis ſericis circumvolutus. L. IMPLICAT ET EXPLICAT. Idem.

DCCCLIII.

Ærarium è Provinciarum ſuarum contributionibus ſic augeat, ut & bello gerendo, & remunerandis bene meritis par ſit. Sol è Terra vapores attrahens. L. IN ROREM ET FULMINA. Apud Bohours.

DCCCLIV.

Et nubes, è qua hinc Fulmina, inde pluviæ. L. UTROQUE JUPITER. Charpentier.

DCCCLV.

Juſtitiam omnibus adminiſtret: Edictaque ſua rebus ipſis, & populorum obſervantiâ confirmet. Circinus chartæ impoſitus. L. DAT PRIMAS ÆQUI LEGES. Men.

DCCCLVI.

DCCCLVI.

Et : Pyxis Nautica. L. LEX IN LINGUA EJUS. Idem.

DCCCLVII.

Et : Gubernaculum Navis. L. LEGEM PONIT AQUIS. Idem.

DCCCLVIII.

Sibi quoque nata Jura putet. Sol in Zodiaco. L. ME QUOQUE FATA REGUNT. Montmor.

DCCCLIX.

Idem Recti ſemper amans, & tenax eſto. Sol in Zodiaco obliquè cælum ſecante. L. NUSQUAM DEVIUS. Apud Men.

DCCCLX.

Proprijs animi corporisque dotibus nihil non regale, ac ſupra cæteros omnes non eximium præferat. Sol Meteoro, quod Coronam vocant, circumdatus. L. LE SOBRA LA CORONA. *Corona eſt illi ſupervacua.* Apud Bohours, *qui in Libro, cui Titulus:* La maniere de bien Penſer. *Tribuit hoc dictum Comiti Fuenſeldagnio, cùm in ſuo in Hiſpaniam reditu Ludovicum XIV. vidiſſet.*

DCCCLXI.

Suorum ſibi amorem conciliare potiùs laboret, quàm metum; & magno animo complectatur omnes. Malum Punicum. L. A CABEÇA REAL MUCHOS CORAÇONES. Regali Capiti Cor non ſatis unum. Apud Moyn.

*Vide Claſſe III. Tit.* PRINCIPES & MAGISTRATUS.

## REX ADVERSIS EXERCITUS.

DCCCLXII.

Rex adversâ valetudine conflictatus magno Populorum ſuorum metu, cum ſpe tamen aliquâ conjuncto. Arbor ſuis ramis ſpoliata. L. LE COEUR ME RESTE ENTIER. *Cor mihi reſtat integrum : Symbolum conditum pro ægrotante Lud. XIV. ad quem etiam ſequentia pertinent.* Men.

DCCCLXIII.

Sol in Eclipſi. L. PATITUR NON EXTINGUITUR.

DCCCLXIV.

Malum Punicum apertum, & diſcerptum. L. SUB DIADEMATE LANGUET. Idem.

DCCCLXV.

Lilium in ſuo ſtipite marceſcenti ſimile. L. IMPEDIUNT NEC REGNA MORI.

866.

Virtute ſua ſe ſuſtinens. Idem Malum diſcerptum in fruſta. L. ÆGRO EADEM SUB CORPORE VIRTUS. Men.

DCCCLXVII.

Leo, *qui dicitur febri continuâ laborare.* L. ÆGER NEC DEBILIS.

DCCCLXVIII.

Sic quoque ab Hoſtibus formidatus. Nubes diviſa, & fulmen emittens. L. DUM PATITUR TERRET.

DCCCLXIX.

Lilium demiſſo capite, & languentibus folijs, â quo tamen ſerpentes fugiunt. L. LANGUENSQUE TIMETUR. Idem.

870.

Redundante inde in totum regnum triſtitiâ, & quodam quaſi Juſtitio. Sol in Eclipſi. Languentibus, & flaccidis in horto floribus. L. A LANGUORE LANGUOR. Idem in Syll.

DCCCLXXI.

Cum ſpe tamen Card. Mazzarini, *in cujus Inſignibus Stella*, de recuperanda à Rege valetudine. Stella ſupra Solem Eclipſin patientem. L. MIHI NON DEFICIT. Men.

DCCCLXXII.

Vel: eadem Solis Eclipſis. L. SPLENDOREM ET GAUDIA REDDET. In Syll.

Vel: NIHIL ILLO TRISTE RECEPTO. *E Virg.*

DCCCLXXIII.

Et Stella lapſum ſimulans, emiſſo procul radio. L. FRUSTRA CASURA TIMETUR.

DCCCLXXIV.

A Morbo ſibi reſtitutus. Lilium in medio Roſarum, Tuliparum, & aliorum florum hortenſium. L. MIHI LONGIOR ÆTAS. Men.

DCCCLXXV.

Laurus illæſa inter Arbores fulmine disjectas. L. FERVIDOS EXCLUDIT ICTUS. *Ex Horat.*

DCCCLXXVI.

Suorum maximè precibus, & ſuſpiriis ſervatus. Leo ſub arbore Balſami jacens, influentibus in ejus vulnera guttis. L. ME LACHRYMA SANAT.

DCCCLXXVII.

Venti facem extinqui cœptam accendentes. L. REDDUNT SUSPIRIA LUCEM. Idem.

DCCCLXXVIII.

Cum eodem Regnum quoque ſibi reſtitutum. Malum punicum clauſum. L. L. SALVO SUB MURICE SALVUM. Idem.

DCCCLXXIX.

E Rebus adverſis incrementum capiens. Unio. L. DALLE PROCELLE ALLA CORONA. *E Procellis ad Coronam.* Idem.

DCCCLXXX.

Et: Sol Halone circumdatus. L. ME NUBILA VICTA CORONANT. P. L'Abbé.

DCCCLXXXI.

Adverſorum patiens, & victor. Salamandra in Igne. L. MI NUTRISCO. *Sunt alimenta mihi.* Franc. I. Apud Moyn.

Vel: NUTRIOR ET EXTINGUO. Caroli VII. Apud Typotium.

Vel: DURABO. Joannis Regis Aragoniæ. Ibid.

DCCCLXXXII.

Flos è nivibus aſſurgens, dictus Gallicè *Perce Neige.* L. NIL FLORERE VETAT. Periſtr. Regia.

DCCCLXXXIII.

In Adverſis conſtans. Scopulus à ventis, & fluctibus impetitus. L. IMMOTUS CONCURRERE VIDI. *Quod etiam in Principem convenit non miſcentem ſe bellis inter finitimos.* Men.

DCCCLXXXIV.

Et: Sol flantibus ventis. L. NON RADIUM EXCUTIENT. Moyn.

DCCCLXXXV.

Et: Palma molarem lapidem ſuſtinens. L. ADVERSUS PONDERA SURGO. Caſimiri Regis Polon. Apud Typot.

DCCCLXXXVI.

Rota Hydromylæ, ſeu Moletrinæ fluviatilis. L. MENS IMMOTA MANET. Clotarij. Apud eundem.

DCCCLXXXVII.

Captus, & è cuſtodia liberatus novos animos ſumens. Bolis, ſeu Globus pyrius major, in aëre diſſiliens. TERRET DUM SOLVITUR. Franciſci I. *ab Hiſpanis capti, ac ſubinde dimiſſi.* Syll. Men.

*Vide alia in voce :* PRINCEPS. *Et Claſſe III.* ADVERSÆ RES.

## REX BELLICOSUS.

DCCCLXXXVIII.

Atque idem milites exemplo ſuo ad prælium animans. Leo ad pugnam expeditus. L. ME VINDICE. Ladislai Poloni. Apud Typot.

DCCCLXXXIX.

Provocatus, & vim vi repellens. Urſa in venabula irruens. L. STIMULATA FEROCIOR. Reg. Eduardi Angl. Apud Typot. & Men. Carrous.

DCCCXC.

Finitimis, & procul poſitis metuendus: *qualem ſe gerebat Ludovicus XII. cujus hoc Symbolum.* Hiſtrix. L. EMINUS ET COMINUS. Apud Moyn. & alios : *ac præcipuè Theſaurum in Tubo Ariſtotelico unum hoc Symbolum alijs omnibus præferentem.*

Et : Hiſtrix eadem, ſeu Ericius. L. TOT TELA QUOT HOSTES.

Vel : OMNI EX PARTE TIMENDUS. Men.

DCCCXCI.

In Bello inferendo celeritate utens. Tormentum Bellicum adverſus portam urbis exploſum. L. NULLA EST MORA.

DCCCXCII.

Et : Bombarda. L. MINIS EST PROMPTIOR ICTUS.

DCCCXCIII.

Aquila in prædam præceps. L. ET FULMINIS OCYOR ALIS. *Ex Virg.*

DCCCXCIV.

Haud dubius de obtinendâ victoriâ, cùm maturè in aciem prodit. Sol in Signo Arietis. L. JUBET REVIRESCERE LAUROS.

DCCCXCV.

Fulmen excuſſum è nubibus. L. VÆ CUI IRATUS JUPITER.

Vel : TONANTEM CREDIDIMUS JOVEM. *Ex Horat.*

DCCCXCVI.

Præſentiâ ſuâ Victoriam de Hoſtibus ſuis conſecutus. Fulmen. L. UNDE NITET TERRET.

Vel : CUM SONITU VENIT. *E Virg.*

Vel : DAT STRAGEM LATE. *E Lucano.*

DCCCXCVII.

Luſtratis antè copijs ſuis. Sol in Zodiaco. L. LUSTRANDO VIRTUTEM ACUIT.

DCCCXCVIII.

Belli, ac præliorum amans. Magnes ferrum, relictis monetis aureis, & argenteis, attrahens. L. SOLUS AMOR FERRI.

899.

Et : Gallus gallinaceus. L. ET PUGNA ET PULVERE GAUDET. Men.

CM.

Etiam extra bellum metuendus. Aquila Fulmine armata. L. MERUITQUE TIMERI. Aulæa Reg.

CMI.

Nubes Tempeſtate gravida. L. ET PLACIDO METUENDA JOVE. Syll. Men.

CMII.

Cuniculus ſub Arcis Propugnaculo. L. L. DUM TEGITUR NOCET. Ibid.

CMIII.

Globus pyrius major ( *Bomba.* ) L. INGENTES PARTURIT IRAS.

CMIV.

In expeditionibus ſuis celerrimus, & majores in dies progreſſus faciens. Sol. L. GRADU NON SISTIT IN UNO. Idem. Ibid.

CMV.

Vindex Ingratitudinis. Sol nubes, & nebulas diſcutiens. L. QUAS EXTULIT ORTU. Clement.

Vel : EVEXI SED DISCUTIAM. P. D' Augieres. *Innuit uterque Symbolographus Bellum adverſus Batavos ſuſceptum à Rege Galliæ Anno 1674.*

CMVI.

Ob defenſam Patriam ad Regnum evectus. Scutum coronatum. L. QUIA PROTEXIT. Joan. III. Reg. Polon.

CMVII.

Suis ad fortia facta, & ad Victoriam exemplum, & Incitamentum. Cynoſura ſupra Navim. L. MONSTRAT ITER. Petri Regis Luſit. Apud Typot.

CMVIII.

Et Rubus, ſeu ſpinetum. L. PUGNAT CONTRA PUGNANTES. Syll. Men.

CMIX.

Et : Sol radiis ſuis Nubem feriens. L. ET HABET SUA FULMINA. Montm.

Vel : SUNT MIHI PRO TELIS RADIJ. *Claſſ. II.*

CMX.

Omnibus metuendus. Aquila Fulmine armata. L. MERUITQUE TIMERI NIL METUENS. Syll. Men.

CMXI.

Etiam in Pace. Leo quieſcens. L. ET DUM TENET OTIA TERRET. Apud Bohours.

CMXII.

In Perduelles, vel Hæreticos movens. Sol in Zodiaco. L. NEC MONSTRA MORANTUR. Ibidem.

*Vide :* PRINCEPS BELLICOSUS, *item* BELLATOR. *Et Claſſe III.* BELLUM.

# REX BENEFICUS.

CMXIII.

Rex ſaluti, commodiſque publicis natus. Sol. L. NON SIBI SED MUNDO. Apud Bohours. *Geminum eſt illi Coſmi Ethruſci relato ſuperiùs in Principe Benefico.*

CMXIV.

Et juxtà pius in commiſſos ſibi Populos. Pelicanus ſanguine Pullos ſuos, aut paſcens, aut ſanans. L. PRO LEGE ET PRO GREGE. Alphonſi X. Regis Legionis & Caſtellæ. Apud Typot.

915.

In Populos, quos inviſit. Sol Hortum floribus conſitum illuminans. L. MA MARCHE EST BIENFAISANTE. *Curſus meus beneficus eſt.* Syll. Men.

CMXVI.

Vel : Sol in Zodiaco. L. LUSTRAT ET ILLUSTRAT. *Quod deinde produxerunt iterum Muſæ Aginnenſis Coll. in honorem Principis Palatini Jo: Wilhelmi nunc Electoris.* Apud Pakenium.

Vel . ILLUSTRAT DUM RESPICIT.

CMXVII.

Quò potentior , eò munificentior. Sol in Signo Leonis ſupra copioſas ſegetes effulgens. L. ALTIOR UTILIOR. Men in Syll.

CMXVIII.

In Adminiſtri demortui filium. Phœnix ex ſuâ pyrâ ſolem reſpiciens. L. ME QUOQUE POST PATREM. Moyn.

919.

In Litteratos. Sol florum areolas irradians. L. SIC PROFUNDIT OPES. Syll. Men.

CMXX.

In Civitates , quas inviſit. Ut : Lugdunum. ( *Gall. Lyon* ) *quod Leonem ſignificat*, idque aliquanto ſeriùs, quàm exſpectabatur. Sol in Signo Leonis. L. SI TARDO MAS ADELANTADO. *Si tardior Altior*. Men.

921.

Et Tornacum , *cujus Teſſera Turris*, ingrediens. Sol apertam Turrim radijs ſuis penetrans. L. INGREDITUR PLACIDUS. Syll. Men.

Vel : CELER ATQUE INNOXIUS INTRAT.

922.

Et Sol ingrediens Arietis Signum. L. ADVENTU OMNE VIRET. *E Virg.* Men.

Vel : FECUNDIS IGNIBUS ARDET.

CMXXIII.

Munificus in ſubditos , & bene merentes. Sol in pluvias nubila ſolvens. L. SPLENDET AB EFFUSIS. Montm.

Vel : FOVET ET ORNAT. Syll. Men.

CMXXIV.

In Populos bello devictos. Fulmen cum pluviâ è nube prorumpens. L. DITAT QUOS TERRUIT. Clement. Apud Moyn. & Bohours.

CMXXV.

Imminuens ſolitam alioqui beneficentiam ſuam , ob ſuorum coitiones conſpirationesque. Sol , quem undique nubes inobſcurant. L. COLLECTIS DEFICIT. Montmor.

*Aliter hoc Symbolum acceptum fuit ſerm. VI. n. 16.* De Arte. *Videlicet quòd Rex à populis vectigalia , & ſubſidia ægro animo colligat , & ſubinde læto diſpenſet Reip. causâ.*

*Vide ſuprà* PRINCEPS BENEF. *Et Claſſe III.* BENEFICENTIA. CLEMENTIA. MANSUETUDO.

# REX CLEMENS.

926.

Majeſtatem ſuam Clementiâ, & Beneficentiâ temperans. Palma ſublimis, ſed ramis deorſum inclinatis. L. S'ERGO IL CAPO CHINO LE BRACCIA. *Celſo capiti Brachia demiſſa conveniunt.*

CMXXVII.

Rex à ſeveritate prorſus alienus, & ad parcendum pronior. Rex Apum. L. REX SPICULA NESCIT. *Ajunt enim illum aculeo carere.* Apud Bohours.

Vel: MAJESTATE TANTUM.

CMXXVIII.

Ideò domi, foriſque charus. Hortus floribus vernis, ac præmaturis ornatus. L. TERRÆ AMOR ET DECUS. Aulæa Regia.

929.

Et Sol. L. L' AMOUR DU CIEL L' HONNEUR DE LA TERRE. *Cœli Amor, & Terræ Decus.* Men.

930.

Hinc etiam obſequentes habens eos, quos regit. Sol Oriens avibus in aëre ludentibus. L. LÆTÆ CUM LUMINE.

CMXXXI.

Et omnem ab ijs obſervantiam referens. Iris. TERROR AMORQUE. Syll. Men.

*Vide Claſſ. III. in voce* CLEMENTIA.



# REX FORTIS ET POTENS.

CMXXXII.

In quem cæteri Principes, ac Reges curas ſuas intendere, indeque conſilia ſua temperare debeant. Sol. L. ORBIS FATA REGIT. Syll. Men.

CMXXXIII.

E Difficultatibus, & periculis ſe per arma expediens. Nodus Gordius impoſito gladio. L. TANTO MONTA. *Nil Intereſt.* Supple ex Q. Curtio dictum Alexandri M. *Nihil intereſt, quomodo ſolvantur; gladioque ruptis omnibus loris, ſortem Oraculi, vel eluſit, vel implevit.* Ferdin. Catholici. Apud. Typot.

934.

Nullis Difficultatibus â propoſito ſe dimoveri patiens. Sol nubibus circumdatus. L. NEC OBSCURANT NEC MORANTUR. Apud. Men.

935.

Regis alterius Protector. Merges, ſeu Manipulus ſpicarum erectus: impoſitâ Coronâ, & Gladio. L GALLUS PROTECTOR. *Ob bellum geſtum à Rege Galliæ pro Sueco, qui jam provincijs omnibus, quas in Germaniâ tenebat, fuerat à Brandeburgico exactus.* Men.

CMXXXVI.

Exercituum ſuorum Robur, & Anima. Elephas impoſitam turrim, & arma ferens. L. FERT PONDERA BELLI. Men.

Vel: PAR ONERI INCEDIT. Idem.

CMXXXVII.

Adverſus plures ſimul hoſtes Potens. Sol. L. NEC PLURIBUS IMPAR. *Symb.* Regis Ludov. XIV. *de quo plura Sermone. VII.*

Vel : SUFFICIT ORBI. Apud Bohours.

CMXXXVIII.

Atlas Cælum humeris ſuſtinens. *Idem convenit in montem hujus nominis, quem expinximus.* L. MOLI SUFFICIT ARDUÆ Men.

CMXXXIX.

Et : Globus Terreſtris â Sole colluſtratus. L. MIHI SUFFICIT UNUS. Montmor.

Vel : OMNIBUS UNUS. Apud Bohours.

CMXL.

Terrâ, marique Potens. Rana in ceſpite ſtagni ſedens. ( *Malim* Crocodilum, *è flumine in terram egredientem.*) L. MIHI TERRA LACUSQUE. Ludov. VI. Apud Typot.

CMXLI.

Et : Sol ſupra Terras, & Oceanum effulgens. L. UNDARUM TERRÆQUE POTENS. Men. in Syll.

Vel : UTRIUSQUE ARBITER ORBIS.

CMXLII.

Duorum Regnorum Dominator. Duæ Coronæ : Galliæ, & Navarræ. L. DUO ( *Regna* ) PROTEGIT UNUS. Henr. IV. Mezray.

CMXLIII.

In Potentes Potentior. Fulmen arborem Laurum *alioquin naturâ ſuâ fulminis ſecuram* infringens. L. FRANGUNTUR NESCIA VINCI. Syll. Men.

CMXLIV.

Et : in reſiſtentes impetuoſior. Idem, Fulmen Montem feriens. L. IN DURIORA MAGIS.

Vel : CULMINA SUMMA PETENS.

Vel : QUIS TENDERE CONTRA? Idem.

CMXLV.

Pacis, Bellique potens. Clava Herculis Oleâ circumdata. L. ET BELLI ET TESSERA PACIS. P. L'Abbé.

*Vide :* PRINCEPS. *Et Claſſe III.* FORTITUDO.

## REX JUVENIS.

CMXLVI.

Et : Formâ plenâ majeſtatis. Sol faciem hominis referens. L. DIGNA DEO FACIES. *Ex Ovid.* Montmor.

CMXLVII.

Amabilis. Sol : L. SUPERIS EST GRATUS ET IMIS. Men.

CMXLVIII.

Exſpectationis maximæ : Regni habenas etiamnum Juvenis tractans. Phœbus ab ortu curru invectus. *Vel ſimpliciùs, & emendatiùs* ; Sol Oriens. L. JAM ILLUSTRABIT OMNIA. Philippi II. Apud Typot.

CMXLIX.

Et : Globus Cæleſtis cum dimidiato Zodiaco, & Zonis itidem dimidiatis. L. RELIQUUM DATUR. Ejusdem apud Typot.

CML.

Ætatem conſiliorum, & actorum maturitate præveniens. Malus aurea, in quâ hinc flores, inde fructus conſpiciuntur. L. FLOS UNA FRUCTUSQUE MANENT. Moyn.

Vel : FRUTTO SENIL GIOVENIL VIGORE. *Fructus ſenilis cum vigore Juvenili.* Men.

CMLI.

Sapiens, & Perſpicax. Sol ſupra Horizontem elevatus. L. VIDET OMNIA PRIMUS. *Ex Ovid.* Montmor.

CMLII.

Atque beneficus. Sol flores, & arbores illuminans. L. VIDETQUE FOVETQUE. Idem. *Eſt Symb. duplex.*

CMLIII.

Et: Idem Sol omnia illuſtrans. L. UNI CUNCTA PATENT. Idem.

CMLIV.

Et ipſe pariter intentos in ſe oculos omnium habens. Sol. L. PATET OMNIBUS UNUS. *Eſt Symbolum duplex.* Idem Montm.

CMLV.

Natales Regios Virtutibus ſuis illuſtrans. Mons, è cujus pluribus apicibus gradatim aſſurgentibus Adamantes emicant. L. NATURÆ NON ARTIS OPUS. Ferdin. Juſti, Regis Aragon. Apud Typot.

CMLVI.

Sincerus idem, ac candidus. Lilium celſo vertice. L. CANDORE OMNIA VINCIT. Aulæa Reg.

CMLVII.

Bellicoſus à prima Juventute. Catulus Leonis. L. CRESCUNT VIRES ANIMIQUE. Apud Men.

958.

Et: Sol in Zodiaco. L. AUDAX IRE VIAS. Ibidem.

*Vide* : PRINCEPS JUVENIS. *Et Claſſe III.* JUVENTUS.



# REX MAGNANIMUS.

CMLIX.

In quâlibet fortunâ. Sol. L. SIBI SEMPER IDEM ET ORBI. Syll. Men.

960.

Aquila Solem propiùs aſpiciens. L. PERFERO. Apud Typot.

Vel : L. SOLI FULMINI CEDIT. Syll. Men.

CMLXI.

Vaſta omnia deſignans, atque animo complexus, Vinea Virginiæ, in quâ Vitis Pyramidi hæret, ac folia, & pampinos ſuos etiam ultrà protendit. L. CRESCIT IN IMMENSUM. Periſtrom. Regia.

962.

Et : Aquila roſtro Coronam deferens. L. IMPERIJ SPES ALTA FUTURI. Henr. V. R. Angliæ. Apud Typot.

963.

Duæ Sphæræ: terreſtris, & cæleſtis, imminente utrique Coronâ Regiâ. L. UNUS NON SUFFICIT ORBIS. Franc. I. Vales. Ap. Typot.

CMLXIV.

Et meliùs : Equus in Hippodromo per plures circulos decurrens. L. UNUS NON SUFFICIT ORBIS. Philippi II. Regis Hiſp.

CMLXV.

Malum punicum apertum. L. PRÆSTANT INTERNA CORONÆ. Periſt. Reg.

CMLXVI.

Orbis Imperium affectans. Sol. L. NUSQUAM META MIHI. Moyn.

CMLXVII. & CMLXVIII.

Omni genere Regiæ virtutis conſpicuus. Sol pleno die, ac latè fulgens. L. QUANTA PATENT!
L. SED PLURA LATENT. *Symbolum Duplex.* Montmor.

CMLXIX.

Incomparabilis. Sol. L. NEC POTIOR NEC PAR. Apud Men.
Vel : QUANDO UNQUAM INVENIENT PAREM? Apud eundem.

970.

Et Leo. L. VEL MAJESTATE VERENDUS. Men.

CMLXXI.

Sol : L. MELIOR AN PULCHRIOR? Apud Men.

972.

Majores ſuos virtute ſupergreſſus. Sol. L. LUCIS ALIENÆ HAUD INDIGUS.
Vel : SEIPSUM SOLUS INDICAT. Apud eundem. *Omnia in Tab. Ludovici XIV.*

CMLXXIII.

Magnanimus, & præfidens de Victoriâ dum expeditionem bellicam apparat. Luna Cornuta. L. REDIBO PLENIOR. *Selymo Turcarum Imp. neſcio quis.* Apud Bohours.

CMLXXIV.

Animo ad omnem Fortunam parato. Navicula in vaſto Mari : gubernatore, velo, remisque deſtituta. L. QUO FATA TRAHUNT. Henr. I. Reg. Navarræ. Apud Typot.

CMLXXV.

Eodem ſemper erecto. Murex Tetragonus cum apice recto L. QUOCUNQUE FERAR. Petri III. Reg. Aragon. Apud Typotium. *Poteſt idem Symbolum tribui Regi, aut alteri Principi, qui ſemper, & ubique recti, & æqui ſit tenax.*

*Vide* : PRINCEPS. *Et Claſſe III.* MAGNANIMITAS.

# REX MAGNIFICUS.

CMLXXVI.

In edendis ſpectaculis : ſeque inter perſonatos oblectans eo tempore, quo Bellum meditabatur. Sol nube tectus. L. TEGITURQUE PARAT DUM FULMINA. Bohours.

CMLXXVII.

Suis ad delicias usque ſe indulgens. Amphitheatrum : ad modum Romani. L. DELICIÆ POPULI. Aulæa Regia.

CMLXXVIII.

Magnâ Pompâ Ludos Equeſtres celebrans. Roſa in ſuo frutice. L. JUNCTA ARMA DECORI. Periſtrom. Reg.

CMLXXIX.

Lancea in Hippodromo ante Palatium defixa. L. LUDO PUGNÆQUE PARATUR. Ibid.

CMLXXX.

Hiſtrix, vel Ericius. L. DECUS ET TUTAMEN IN ARMIS. Veſpaſiani Gonzagæ Ducis Trajetti, & Sabionedæ.

CMLXXXI.

In Venationibus. Cornu Venatorium ex arbore ſuſpenſum. L DUCIT ET EXCITAT AGMEN. Periſtrom. Regia.

CMLXXXII.

In ſtruendis ædificijs pacis tempore. Alcyon nidum ſuum conſtruens mari tranquillo. L. MIRATUR NATURA SILENS. Ibidem.

CMLXXXIII.

Et: Norma, ſive Angulus rectus, ſupra murum quadratum poſita: ſtantibus juxtà nondum planè perfectis ædificijs. DIRIGIT OBLIQUA. Ibid.

CMLXXXIV. & CMLXXXV.

Rex in omni ſua actione Magnificus, & Splendidus. Sol. Symbolum Duplex. L. UBIQUE MAGNUS.
L. UBIQUE SPLENDIDUS

Vel: MAS VIRTUD QUE LUZ. *Plus Virtutis, quàm lucis habet.* Clem. Bohours, & Moyn.

Vel: MAS LUZ AUN QUE RESPLANDOR. *Plus Lucis, quàm ſplendoris.*

Vel: LUCET AGITQUE UNUS. Moyn.

CMLXXXVI.

Utrique Orbi, tum Veteri, tum Novo, imperans. Zodiacus, extra quem Sol nunquam conſpicitur. L. CUI SOLI SOL SEMPER. Philippo II. *Extabat olim in Portâ civitatis Grajacenſis in Burgundiâ.*

CMLXXXVII.

Et: Sol ab Horizonte primùm exoriens. L. ORBI FULGET UTRIQUE. Regi Hiſpaniæ.

*Vide quoque in voce:* PRINCEPS. *Et Claſſe III.* MAGNANIMITAS.





# REX PACIFICATOR, ET PRUDENS.

CMLXXXVIII.

Plura Conſilio, quàm armis conficiens. Sol Nebulas diſſipans. L. SENSIM NON VI. Syll. Men.

989.

Providus, Sapiens. Sol. L. NEC TE TUA LUMINA FALLUNT. Ibid.

990.

In avertendâ publicâ calamitate, *puta Famis &c.* Focus in conclavi regio. L. TEMPUS MITESCIT AB ILLO. Aulæa Reg.

991.

Et: Merges ſtans. L. VITÆ MELIORIS IN USUM. *Reſpexit auctor ad beneficium Cereris triticum glandibus, quibus dicuntur antehac homines veſci ſoliti, ſubrogantis.* Ibidem.

CMXCII.

Conſilio placidè omnia gubernans. Luna Oceano imminens. L. LUMINE NON TURBINE. Syll. Men.

CMXCIII.

Et: Sol. L. QUIETO SIMILIS. D. Clement.

994.

Et: Machina maximis quibusque ponderibus attollendis idonea. L. PER ARTEM MOVIT.

Vel: INGENIO ET VIRIBUS. Idem.

CMXCV.

Exercitus ſuos varijs regionibus ſparſos abſens gubernans. Primum Mobile, ſeu Cælum ſupremum, Orbes cæleſtes omnes movens. L. SEMOTOS VASTOSQUE CIET. Philippo IV. Idem in Syll.

996.

Et : Fulgur. L. ABSENS FERIT. Ibid.

CMXCVII.

Et : Magnes ſtylos ferreos ad ſe trahens. L. IMMOBIL MUOVE. *Movet Immotus.* Apud Bohours.

Vel : MOVET UNICUS OMNES. *Circulus ſupremus : intellige.*

CMXCVIII.

Bellum oſtentando profligans. Sol. L. ET FULMEN SINE NUBE PARAT. Ibidem.

CMXCIX.

Stratagemate utens. Equus Trojanus. L. ADDITO AD VIRTUTEM DOLO. E Frontino. Ibidem.

M.

Hoſtem, ſimulato diverſo, longioreque itinere, repentè aggreſſus. Funda lapide onerata. L. A GYRO FORTIOR ICTUS. Men.

MI. & MII.

Providus, & Perſpicax : & propoſitum ſuum interea urgens. Sol. L. QUICQUID AGUNT VIDEO. L. QUICQUID AGATUR AGO. Symb. duplex.

Vel : RIEN N' ESCHAPPE A MA VEUE. *Nil fugit obtutum.* Ibid.

1003.

Ritè omnia diſponens. Frons Fabricæ Domûs Regiæ. L. ORDINIBUS DISTINCTA SUIS. Men.

MIV.

Factiones ſuorum, & Hoſtium conſilia diſſipans. Sol inter nubila lucido circulo circumdatus. L. DANT VICTA CORONAM. Ibid. in Syll.

1005.

Paci plures victorias, quas armis reportare ſe poſſe ſperaverat, condonans. Fulmen poſt ictam turrim in terram ſe recipiens. L. CESSAT NON CEDIT Syll. Men.

MVI.

Pacificator Europæ : terminato, quod intulerat Bello. Hirundo volans ſupra colles adhuc incultos ob hyemis reliquias. L. ET TEMPORA LÆTA REDUCIT. Periſtrom. Reg.

1007.

Et : Fulmen nubes diſſipans. L. TEMPESTATESQUE SERENAT. Ibid.

MVIII.

Summâ Prudentiâ Regnum gubernans. Cælum. L. MENS AGITAT MOLEM. Syll. Men.

MIX.

Nec minùs ſtrenuè, quàm conſtanter. Sol. L. NO CANSADO Y POR TODO. *Indefeſſus, & ubique.* Philippo II. Ibid.

MX.

In Indias usque porrectâ providentiâ. Sol Occidens in Oceano. L. ME SUBJECTIS EXCIPIT UNDIS. Ibid.

MXI.

Maturo, longoque conſilio expendens omnia. Horologium rotatum cum ponderibus, & perpendiculo. L. SECUM MULTA DIU. Menet.

MXII.

Auro magis pugnans, quàm Ferrò. Pluvia Aurea. L. FULMINIBUS DUM PARCIT JUPPITER. Bohours. *Cùm Rex Galliæ Dunchercam emeret, vendentibus Anglis, qui eam expugnaverant.*

MXIII.

MXIII.

Educationis Filij ſedulam curam gerens. Horologium ſciathericum cum Sole Horas indicans. L. MEQUE REGIT DUM DIRIGIT ORBEM. Bohours.

MXIV.

Propoſito paternarum virtutum exemplo. Aquila Pullum ad volandum provocans, & viam ad Solem præiens. L. PATRE VIAM MONSTRANTE. Moyn.

1015.

Communis tranquillitatis amans, & Auctor. Aquila unguibus Caduceum, & roſtro ramuſculum oleæ geſtans. L. NULLÆ CÆLESTIBUS IRÆ. Men.

MXVI.

Idem: redditâ populis ſuis Pace. Iris. L. NITET ATQUE SERENAT. Syll. Men.

Vel: SOLIS OPUS. Clement.

1017.

Et: Templum Jani clauſum. L. J'EN AY LA CLEF. *Me penes eſt Clavis.* Men.

MXVIII.

Aquila expanſis alis, & nubi inſiſtens. L. NEC JAM SUA FULMINA CURAT. P. Rapin.

1019.

Poſt Victorias complures reportatas. Haſtarum, & Vexillorum in Trophæum colligatorum nexus. L. FECIT VICTORIA NODUM. Men.

MXX.

Et: Bolis, ſeu Globus pyrius major civitati imminens. L. JUBETQUE EXPOSCERE PACEM. Idem.

MXXI.

Ac ſubinde ad gubernandum Regnum totum ſe conferens. Circinus apertus, & Sphæræ inſiſtens. L. COMPOSUITQUE REGITQUE. Montm.

MXXII.

Providus, & adverſus ingruentia pericula ſe præmuniens. Cataracta in urbis Portâ. L. SECURITAS ALTERA. Henr. VIII. Angli apud Typot.

1023.

Et: Grus Sphæræ inſiſtens, dum pede altero lapidem ſuſtinet, ac caput ſub alâ recondit. L. NON DORMIT QUI CUSTODIT. Henr. VII. Regis Angliæ.

Eadem Grus, arma, pede altero ſublato, premens. L. AMAT VICTORIA CURAM. Matthiæ Archiducis Auſtriæ. Ibidem.

*Vide ſuprà* PRINCEPS. *Et Claſſe III. vocibus:* PAX. PRUDENTIA.

# REX RELIGIOSUS, SIVE RELIGIONIS ADVERSUS OTHOMANNOS, ET HÆRETICOS PROMOVENDÆ STUDIOSUS.

MXXIV.

Sol Oriens, & Lunam adhuc cælum occupantem feriens. L. TIBI SE PERITURA RESERVAT. *E Virg.* Montm.

MXXV.

Et: Fulmen in Fanum Turcicum incidens. L. AUT EXPIABIT AUT OBRUET. Eduardi IV. Reg. Angl. Apud Typot.

MXXVI.

Religionem, ac tranquillitatem Regni conſtabiliens. Iris. L. TERRAS DEVINXIT OLYMPO. Perault.

MXXVII.

Poſt purgatum Hæreſi Regnum. Sol in Signo Arietis : L. FACIES VENIT ALTERA RERUM. Men.

MXXVIII.

Religionis propagandæ ſtudioſus, atque ejus causâ non unum laborem ſuſcipiens. Hercules: Sidus. L. JE FAIS DES MES TRAVAUX POUR LE CIEL DES TROPHEES. *De laboribus meis Cælo Trophæa erigo.* Men. Lud. XIV. *ut & pleraque ſequentia.*

Et : Chiron : itidem Sidus. L. CÆLESTI MILITAT ENSE.

MXXIX.

Eam ob cauſam arma diſtringens. Fulmen. L. DIVORUM JURA TUETUR.

MXXX.

Clava Herculis. L. ERIT HÆC QUOQUE COGNITA MONSTRIS. Lud. XIII. Men. *in lib. des Carrous. Sed convenit meliùs ejus filio.*

MXXXI.

Manus falculâ luxuriantem Arborem putans. L. NOXIA TOLLO. Idem.

MXXXII.

Pharus, aut Triremis cum ſuis laternis in Puppi, & Prorâ. L. NE MALUS AUFERAT ERROR.

MXXXIII.

Hæreticos Eccleſiæ gremio reſtituens. Vapores à Sole attracti. L. ET NOS CÆLO TUA MUNERA TOLLUNT.

MXXXIV.

Arbuſculæ teneræ ad palum alligatæ. L. UT CÆLO ASSURGANT.

MXXXV.

Gallus Templi culmini impoſitus. L. VERÆ RELIGIONIS APEX.

MXXXVI.

Cereus ardens in Arâ. L. ARIS IMPONIT HONOREM. *Ex Virg.*

MXXXVII.

Ad Indos usque curas ſuas extendens. Sol Occidens. L. SON SOING S' ESTEND JUSQU' AUX PAYS BARBARES. *Curæ ſunt ultima Mundi.*

MXXXVIII.

In ornatum Templorum munificus. Examen Apum prope ſuum Alveare. L. ARIS PARS PRIMA LABORUM.

MXXXIX.

Et : Ara cæleſtis : Sidus. L. SACRIS IGNIBUS ARDET.

MXL.

In Hæreſim Bellum movens, deque illa in regno ſuo Victor. Hydra, reſectis jam aliquot Capitibus, imminente reliquis Clavâ. L. UNI POTUIT SUCCUMBERE. *Ex Virg.*

MXLI.

Nodus Gordius jugo illigatus, imminente ſupernè ſtricto gladio. L. FRUSTRA TENTASSENT ALIJ.

MXLII.

Hydra : truncatis capitibus. L. NEQUEUNT ABSCISSA NOCERE.

Vel : VULNERE UNO CECIDIT. Idem.

MXLIII.

Hæreticorum Templa ſubvertens. Fulmen in plura Templa nullâ Cruce inſignita incidens. L. QUOD CONTRA SUPEROS EXSTRUCTA.

MXLIV.

Domus Fulmine disjecta. L. DEDIT CONVULSA RUINAM. *Ex Virg.*

MXLV.

Aves Nocturnæ orientem Solem fugientes. L. ELOIGNEZ VOUS DE LUY PARTISANS DES TENEBRES. *Quæ Conventio Lucis ad Tenebras?*

Vel : ODI PROFANUM VULGUS ET ARCEO. *Ex Horat.*

MXLVI.

Serpentes fugientes Lilium. L. ILS CRAIGNENT SA VERTU. *Virtutem extimeſcunt.*

MXLVII.

Immotus ad querelas, & ſcripta Hæreticorum. Sol ſupra paludem effulgens, ex quâ Ranæ adverſus illum coaxant. L. TOUS VOS CRIS NE L'ARRESTERONT. *Nihili eſt coaxatio: nulla morabitur illum.* Idem qui ſupra.

*Vide ſupra.* PRINCEPS RELIGIOSUS. *Et Claſſ. I.* PIETAS. RELIGIO. ZELUS.



# REX VICTOR.

MXLVIII.

Ac ſummâ quidem celeritate. Sol nubes diſſipans. L. UT VIDI VICI. Men.

Vel : VINCIT DUM RESPICIT. *Et quidem magis propriè, dum ipſe intereſt Bello.* Men.

MXLIX.

Et : Globus pyrius major, *vulgo Bomba.* Civitati ex alto imminens. L. QUO RUIT ET LETHUM.

Vel : DAT STRAGEM QUOCUNQUE CADAT. Idem.

1050.

Poſt brevem oppugnationem civitatem antehac invictam expugnans. Fulmen in culmen ſcopuli è mari exſtantis incidens. L. HUIC UNI POTUIT SUCCUMBERE. *Ex Virg.* Syll. Men.

1051.

Nominis, & adventûs ſui famâ Bellum profligans. Tormentum Bellicum exploſum, Leone in terram ſe abjiciente. L. TEME MI LUZ Y MI RUIDO. *Lucem meam ſonitumque timet.* Men.

MLII.

Et : Caput Meduſæ in Clypeo Palladis. L. VINCIT QUEM RESPICIT HOSTEM. Apud Bohours.

Vel : Vexillum militare, cum L. MA SEULE MONTRE COMBAT. *Quod idem eſt cum ſuperiori.*

MLIII.

A primâ ætate jam de hoſtibus victor. Sol nubes, & tenebras diſſipans. L. L. VICIT AB ORTU. Idem.

MLIV.

Et : Nunquam laceſſitus impunè. Cometes. L. NULLI VISUS IMPUNE. Idem.

1055.

Undique Bello impetitus, & undique Victor. Aquila libero Cælo volans. L. TOUT ME FUIT TOUT ME CRAINT. D. Charpentier. *Fuga, & Timor abſtulit omnes.*

MLVI.

Plures Victorias brevi tempore conſecutus. Fulmen. L. QUAM CITO ET IMPETE QUANTO! Syll. Men.

Vel : PAR NULLA POTESTAS.

MLVII.

Singulis ferè menſibus novâ Victoriâ potitus. Sol in Zodiaco. L. IN MIRACULA DIVIDIT ANNUM.

MLVIII.

Bello ſibi ablata Bello recuperans. Luna propemodum Plena. L. ET POST DISPENDIA CRESCIT.

MLIX.

Ubique Victor. Baſiliſcus. L. SEMPER INVICTUS. Idem in Syll.

MLX.

Sol nebulis circumdatus, easque diſſipans. L. IN TERRAM DEJICIT HOSTES. Ibid.

Vel : NO PARAN. *Non perſtant, vel non reſiſtunt.*

MLXI.

Sol in Zodiaco. L. MONSTRA MIHI CESSERE DOMOS. Ibid.

1062.

Ludovicus XIII. Hiſpanorum Victorem ſe ferens. Columnæ Herculis proſtratæ. L. NULLAS RECIPIT VICTORIA METAS. Anonymi.

1603.

Et : Mediolanenſis Ditionis aſſertæ, *poſt occupatam Valentiam, & Mortariam.* Gallus Gallinaceus Serpentis (*eſt Teſſera Mediolanenſis Provinciæ*) pellem roſtro tenens. L. OSTENTAT SPOLIUM. Men.

MLXIV.

Reportatâ Victoriâ, etiam de potentiore, inclytus. Falco. L. MAJORA CEDUNT. Joan. I. Regis Caſtellæ. Apud Typot.

1065.

Victor Arcis inacceſſæ rupi inædificatæ. Lilia è fiſſuris ſcopuli (*ſi modò verum*) prodeuntia. L. UBIQUE SERUNTUR. P. L'Abbé.

*Vide ſupra.* PRINCEPS VICTOR. *Et* : BELLATOR.

## S.

## SENATUS REGIUS.

MLXVI.

Malum punicum apertum. L. PURPUREUM JUBAR EST ET DIADEMA TEGIT. *Convenit illis maximè Senatoribus, qui pro more patriæ Senatum purpurati adeunt* Theſaur.

Vel : TOT SEDIBUS (*vel :* CORDIBUS) UNA CORONA. Men.

1067.

Et : Examen Apum. L. REGIS AD EXEMPLUM Idem.

MLXVIII.

Stellæ ſereno cælo. L MOSTRIAMO LA SERENITA. *Serenitatem oſtendimus.* Senatui Sabaudiæ. Men. in Saleſianis.

MLXIX.

Montes: radios Solis excipientes primi. L. DALL' ALTEZZA NOSTRA LUCE. *A Celſitudine, ſeu Serenitate, Lux noſtra.* Theſaur.

Vel: PRIMOS EXCIPIMUS RADIOS. Men.

MLXX.

Et Sol in Ariete. L. LUCIS PRIMA DOMUS. Men.

1071.

Cancellarius ejusdem Senatûs, *Stellam habens pro Teſſera:* Stella Polaris. L. L. ME DUCE. Moyn.

MLXXII.

Legatus ad Pacem, aut Bellum tractandum. Luna ſuper mare effulgens. L. SEDATQUE CIETQUE. Moynius. *Claudio de Meſmes, in cujus gentilitia Teſſera eſt Luna naſcens, & Undæ.*

MLXXIII.

Inde factus celebrior. Fluvius initio parvus, paulatim major. L. NOMEN SIBI FECIT EUNDO. Moyn.

1074.

Et: Stella grandior. L. NON UNI DEBEOR ORBI. Idem eidem.

MLXXV.

Senatus Regius. Sol Oriens cum Stellis. L. LUCEMUS AB UNO. Men.

MLXXVI.

Regi per omnia devotus, & ejus commodis ſtudens. Alveolus, ſeu Tabula Luſoria Latrunculorum: *vulgo Scacchorum.* L. LEX UNA ATTENDERE REGI. Idem.



MLXXVII.

Ejus auctoritas in publicum. Horologium Sciathericum. L. LEX EST QUODCUNQUE NOTAMUS. Idem.

MLXXVIII.

Senator, & Adminiſter Regius. *Liberos ſuos inſtitutioni PP. Societatis JESU committens.* Aquila cum ſuis pullis. L. JOVI EDUCAT. *Colberto.* P. La Rüe.

MLXXIX.

De Gradu dejectus, & Gratiâ Regis. Stella cadens, *ut videtur vulgo*, & ſequentem illuſtrem radium trahens. L. SEQUITUR LUX MAGNA CADENTEM. Moyn.

MLXXX.

In carcerem inſuper detruſus innocens. Volumen catenarum. L. TORQUENT ET DECORANT. *Philippo de Aglié Quæſtori aptatum: referente* Moynio.

*Vide quoque Claſſ. III. vocem:* ADMINISTER. *Et* SENATOR.